

eruditis certum est ecclesias Dei defendere, mantenere,  
honoribus ditare, beneficiis ampliare. Quapropter ego infans  
domna Sancia, comitis domini Raimundi et regine domine  
Urrace filia, et imperatoris domini Adefonsi germana, dono  
atque concedo ecclesie beati Iacobi apostoli et domino  
Petro, eiusdem ecclesie archiepiscopo, et eius canonicis tam  
presentibus quam futuris, pro meo anniversario et  
peccatorum meorum remedio seu parentum meorum vineam quam  
ego comparavi meo precio de Raol Franco et de uxore sua; et  
est ipsa vinea in Villa Francha de valle Carceris, et sunt  
termini ipsius vinee, in superiori parte a monasterio  
Sancte Marie usque ad vineam comitis domini Ranemiri et  
inferiori parte ab illo furno imperatoris usque ad viam que  
vadit ad illud supradictum monasterium Sancte Marie. Do  
etiam domum que est in ipso mercato Ville France cum suo  
torculari et cum duobus doliis bonis, sub tali tenore et  
conditione quod in vita mea et post mortem meam semper  
habeant inde canonici beati Iacobi prandium bonum de duabus  
marcis argenti in festivitate Nativitatis beate et gloriose  
semper virginis Marie, ut ipsa gloria virgo cum apostolo  
beato Iacobo intercedant pro me ad Dominum ihesum Christum,  
quatinus eorum precibus ad vita a visilibus seu  
invisibilibus hostibus tuta in extremi iudicii examinatione  
merear esse secura. Rogo etiam et suppliciter exoro eosdem  
quibus hanc paupertatem concedo canonicos ut in conventu  
suo et in omnibus beneficiis missaramque sollempniis mei  
semper habeant memoriam. Mando itaque ut ab hodierno die et

deinceps' ipsa vinea et domus cum suis scripturis et directuris, sicuti eam comparavi, de iure meo sint abrasa et canonicorum apostolice sedis servicio perpetuo mancipata per cuncta seculorum secula amen.

Si quis tamen, quod fieri minime credo, contra hoc meum factum ad irrumpendum vñnerit sive sit propinquus meus vel extraneus, quisquis ille fuerit, qui talia commiserit<sup>11</sup>, sit excommunicatus et a fide Christi<sup>12</sup> separatus et cum iuda Domini traditore eternis incendiis<sup>13</sup> sit religatus, et pro temporali dampno componat duplatum vel triplatum quicquid auferre presumpserit et insuper auri puri libras C<sup>m</sup>. Et hoc meum factum plenam semper obtineat firmitatem.

Facta autem hac testamenti serie in civitate Compostelle, adsistente ibi eiusdem ecclesie archiepiscopo domno Petro cum omnium canonicorum conventu, sub era I<sup>ii</sup> C LXXXVII<sup>a</sup> et quotum XVII<sup>o</sup> kalendas october,

Ebo<sup>14</sup> iam dicta infans domna Sancia quod fieri mandavi propria manu confirmo (Signum)<sup>15</sup>.

(1<sup>a</sup> col.) Petrus rex, cf.- Nuno Pelaez, cf.- Gutierre Petrici, cf.- Andebert, cf.- Petrus Iacense, cf.- Pellagius Barragan, cf.

(2<sup>a</sup> col.) Archidiaconus Ovetensis Iohann s Falcon<sup>16</sup>, cf.- Andreas capellanus, cf.- Arnaldus capellanus, cf.

(3<sup>a</sup> col.) Petrus, ts.- Pelagius, ts.- Martinus, ts.<sup>17</sup> Pelagius Arias, canonicus<sup>18</sup> ecclesie beati Iacobi et clericus infantis, scripsit et confirmat.

NOTAS

<sup>1</sup> GARCIA CALLES: pecatorum.

<sup>2</sup> ID.: superiora.

<sup>3</sup> ID.: inferiora.

<sup>4</sup> ID.: Iesum Cristum.

<sup>5</sup> ID.: pauperitatem.

<sup>6</sup> ID.: conventus.

<sup>7</sup> ID.: deimceps.

<sup>8</sup> ID.: commissit.

<sup>9</sup> ID.: Cristi.

<sup>10</sup> ID.: incendis.

<sup>11</sup> ID.: M.

<sup>12</sup> Por ego; ID.: Ego.

<sup>13</sup> ID.: falta el SIGNUM.

<sup>14</sup> ID.: Iohanes Falconi.

<sup>15</sup> ID.: cf.

<sup>16</sup> ID.: canonicum.

privilegio de los votos en el término de Toledo.

Fols. 91 r.- 92 r., en confirmacion de Fernando III de 1220.  
enero, 6.Valladolid.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XX.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 249-250.- RECUERO :  
Alfonso VII, págs. 186 n. 29 y 229 n. 211.- GONZALEZ:  
Fernando III, nº 99.

In nomine Patris et filii et Spiritu Sancti amen. Dignum  
est ut ecclesia beati Iacobi in qua venerabili corpus ipsius  
requiescere creditur ab universis Dei fidelibus diligatur et  
honoretur et debitus ei honor ac reverencia conservetur.  
Quocirca ego Adefonsus. Dei misericordia Hyspaniarum'  
imperatur. una cum filio meo rege Sancio' et domno Raimundo.  
Toletano archiepiscopo totius Hispanie primatæ, necnon et  
clero atque cum omni populo toleiano. pro amore Dei et  
beatissimi Iacobi apostoli' et pro animabus parentium  
nostrorum qui ab antiquitus hoc voverunt et ad peccatorum'  
nostrorum remissionem. vovemus et per scriptum firmitatis,  
usque ad finem mundi. dare annuatim volumus Deo et beatoe  
Iacobo de Compostella de uno quoque iugo boum singulas  
fanfjas' de tritico per totum terminum Tolletanum' ab  
integro. Hoc autem. inspirante Deo. grato animo et voluntate  
spontanea'', die dominica in Ramis Palmarum, in communi

concilio virorum ac mulierum, erteatis manibus, ad Deum  
inanimiter promissimus et predicio<sup>1</sup> apostolo patrono nostro  
cuius meritis et auxilio nos<sup>2</sup> et predecessores nostri de  
paganis firmiter credimus sere habuisse triumphum  
indubitanter dabimus ita videlicet quod hanc fanegan  
tritici simul<sup>3</sup> cum decimis ad ecclesia<sup>4</sup> fideliter damus.  
et unus ipsius ecclesie fidelis clericus per scriptum  
recipiat et ministro ecclesie benti Iacobi<sup>5</sup> similiter per  
scriptum veraciter reddat.

Si quis tamen quod fieri non credimus, contra hoc nostrum  
votum et donativum in aliquibus disturbare aut violare,  
temerario ausu, presumpserit, iram Dei omnipotentis et  
nostram incurrat et post advocationem a domino metropolitano  
et primate Tolletano excommunicetur, donec emendatus  
satisfaciatur. Et hoc scriptum semper maneat firmum<sup>6</sup>.

Facta carta Toleti, mense aprilis, era M<sup>7</sup> C LXXX VIII.

-----  
NOTAS

<sup>1</sup> LOPEZ FERREIRO: Hispanie.

<sup>2</sup> ID.: Sanctio.

<sup>3</sup> ID.. et totius.

<sup>4</sup> ID.: populo.

<sup>5</sup> ID.: apostoli Iacobi.

<sup>6</sup> ID.: qui ab.

- <sup>7</sup>ID.: etiam ad peccatorum.  
<sup>8</sup>ID.: usque in.  
<sup>9</sup>ID.: faneigas.  
<sup>10</sup>ID.: toletanum.  
<sup>11</sup>ID.: voluntate spontanea.  
<sup>12</sup>ID.: promittimus et praedicto.  
<sup>13</sup>ID.: falta nos.  
<sup>14</sup>ID.: falta simul.  
<sup>15</sup>ID.: ecclesiam.  
<sup>16</sup>ID.: ecclesiae B.  
<sup>17</sup>ID.: falta desde quod hasta firmum.  
<sup>18</sup>ID.: I.

21

1153, julio, 22. Letrán.

Anastasio IV confirma todas las posesiones y  
privilegios del monasterio de Antealtares y en  
especial el convenio hecho con el arzobispo de  
Santiago don Bernardo.

Fols. 275 r.- 276 r.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág 252.

Anastasius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis  
filii Petro, Antaltarium abbatii, quod continuum est ecclesie  
beati Iacobi, eiusque fratribus tam presentibus quam  
futuris. Monachalem vitam professis imperpetuum, ad hec  
nobis ecclesie catholice cura a summo pastore Leo commissa  
est ut Dei servos paternis affectibus diligamus et eo  
amplius studeamus ipsorum devotionem modis omnibus confovere  
quo ferventius ipsi disciplinis ecclesiasticis et sanctorum  
patrum regulis inherere noscuntur. Tunc enim Deo gratus  
apostolicus impenditur famulatus si sanctorum locorum  
salubris institutio vigor et ordo nostris patrociniis in  
religionis puritate fuerint conservata. Eapropter, dilecti  
in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer  
annuimus et prefatum monasterium in quo divino mancipati  
estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione  
suscipimus in primis statuentes siquidem ut ordo monachalis  
secundum beati Benedicti regula et constitutiones dignitatum  
et ipsius loci comutationes ac divisiones cum ecclesia beati  
Iacobi a bone memorie Bernaldo, Compostellane sedis  
archiepiscopo, canonicorum assensu rationabiliter facte,  
perpetuis temporibus inviolabiter conserventur. Preterea  
quascumque possessiones quecumque bona ex largitione regum  
concessio, pontificum oblatione, fidelium seu aliis modis  
iuste et canonice possidetis aut in futurum, Deo propitio,  
adipisci poteritis, firma vobis vestrisque successoribus et  
illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino  
hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut

eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere sed quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnino modis pro futura, salva munirum Compostellane sedis canonica iusticia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona huius nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere perpetrata iniuritate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iuste servientibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne facis inveniant. Amen. amen. amen.

(R.)<sup>1</sup> Ego Anastasius. catholice ecclesie episcopus suscripsi. (BN.).

(1<sup>a</sup> col.) Ego , presbiter cardinalis tituli Calixti. suscripsi.- Ego Guido. presbiter cardinalis tituli Sancti Grisogoni. suscripsi.- Ego Hubaldus. presbiter cardinalis tituli Sancte Praxedis. suscripsi.- Ego Octavianus. presbiter cardinalis tituli Sancte Cecillie. suscripsi.- Ego Iohannes Paparo Sancti Laurencii in Damasco. presbiter cardinalis, suscripsi.

(2<sup>a</sup> col.) Ego Odo. diaconus cardinalis Sancti Georgii ad

Velum Aureum. suscripsi. - Ego Jacintus. diaconus cardinalis  
Sancte Marie in Cosmidin. suscripsi. - Iohannes. diaconus  
cardinalis Sanctorum S. gii et Bachi. suscripsi. - Ego  
Gerardus. diaconus cardinalis Sancte Marie in Violata.  
suscripsi. - Ego Iohannes. presbiter cardinalis tituli  
Equitii. suscripsi.

Datum Laterani per manum Rolandi. Sancte Romane Ecclesie  
presbiteri cardinali et cancellarii. XI kalendas augusti.  
indictione Ia. Incarnationis Dominice anno Mo Co Lo IIII.  
pontificatus vero domini Anastasii IIII pape anno primo.

---

NOTAS

+ Custodi me Domine ut pupillam oculi. Sanctus Petrus.  
Sanctus Faulus. Anastasius papa IIII.

22

1153, agosto. 1. Zamora.

Alfonso VII da a la iglesia de Santiago la villa  
de Arcos con todos sus terminos.

Fols.: 1) 210 v.-211 r. y 2) 57 r.- 58 r.

REG.: GARCIA CALLES: Dofia Sancha, ap. III, nº 13 con folio  
127-128.

CT.: GARCIA CALLES: Dofia Sancha. pags 49 y 183.

(Christus alfa et omega)". In nomine Patris et Filii et  
Spiritus Sancti amen. Quisquis eius Sancti ecclesiam que<sup>z</sup> in  
omnibus negotiis suis semper habuitiutorem et cotidie cupit  
habere specialiter inter omnes debet post Deum diligere et  
pro posse multa ei debet impendere bona. Huius rei gratia  
ego Adefonsus", imperator Hispanie", una cum uxore mea  
imperatrice Ricla et germana mea inffantissa donna Sancia.  
filiiisque nostris Sancio atque Fernando, sciens beatum  
Iacobum me ad habendam de hostibus meis victoriam locis  
pluribus adiuvasset, eius ecclesie de Compostella quam inter  
omnis mei regni ecclesias et pro omnibus diligo, dono /et/  
imperpetuum<sup>a</sup> quandam meam viliam Villam Archus spontanea  
voluntate gratoque animo habendam pro salute anime nostre et  
parentum nostrorum et peccatorum nostrorum remissione", in  
termino Zemore existente", libere concedo. Dono inquam eam  
ab integro cum omni termino suo sicut antequam Castrum  
Novum vel Castro Taraph popularetur integre habuit et pro  
parte ecclesie beati Iacobi libere extitit et predicta  
ecclesia possedit et Arquillius per veridicam exquisitionem  
videlicet Bernaldi Zemorensis episcopi et mei et aliorum  
multorum hominum testimonio sibi, pro termino<sup>z</sup> quemadmodum

ad mortem mei avi regis Adeffonsi' bone memorie habuit  
Arquilinus, et est ipse terminus de Arquilinus vel de Archus  
per illam viam que venit de Paliares et vadit per valem<sup>12</sup>  
de Sancto Iohanne usque ad Pocelino<sup>13</sup> Pedrado et inde super  
lagonam Longam et inde ad lagonam de Oleyros<sup>14</sup> et inde ad  
illum puteum de Lobrovi et inde ad illas senrras de illas  
inffantes<sup>15</sup> que fuerunt pro parte de Arquilinus sicuti ego  
totum supra nominatum terminum per legitimos viros esquisivi  
et certus sum: inde etiam dividit cum Asparigus per illam  
viam que venit de Asparigus et vadit adeo etiam predictam  
villam Archus Deo et beato Iacobo et archiepiscopo et  
canonicis ibi deservientibus omnibusque eorum  
successoribus<sup>16</sup> per Randum, clericum meum, et ipsius  
ecclesie canonicum cum omnibus aliis eius directuris  
videlicet, cum terris et vineis, cum montibus, cum platis<sup>17</sup>  
et pascuis, cum aquis et insuper cum omnibus aliis rebus ad  
eam pertinentibus quecumque sint, quicumque in ea sunt vel  
erunt populati, nemine umquam ex debito nisi ecclesie beati  
Iacobi et archiepiscopo et canonicis servientur.

Si quis vero in posterum de meo vel alieno genere huius  
mee donationis paginam sciens ea ausu temerario ruperit vel  
ei contrarius venerit, sit maledictus a Domino et inferno  
cum Iuda proditore dampnatus nisi digne emendaverit, et  
persolvat regie parti mille morabitinos et quicquid de  
predicta hereditate vel in ea invaserit ecclesie beati  
Iacobi in duplo restituat.

Facta carta in Zemora, kalendas augusti, era 19 CLXLI<sup>18</sup>.

in die vincula Sancti Petri, Sancti Felicis. Ipso die venit  
domnus imperator Adeffonsus<sup>xx</sup> de Arquelinus ad Zemoram cum  
coniuge sua imperatrice Ricla et filio suo rege Sancio et  
filia sua regina Urracha et committibus<sup>xx</sup> et principibus  
suis. Ipso imperante in Tolleto<sup>xx</sup>, Legione, Saragocia,  
Nagera, Castella, Galecia.

Ego Adeffonsus<sup>xx</sup> imperator hanc cartam<sup>xx</sup> quam iussi fieri  
confirmo et roboro.

Ricla imperatrix, cf.- Sancia infantissa<sup>xx</sup>, germana  
imperatoris, cf.- Rex Sancius, filius imperatoris, cf.- Rex  
Fernandus, filius imperatoris, cf.

Iohannes, Tolletanus<sup>xx</sup> archiepiscopus, cf.- Vicencius,  
segobiensis episcopus, cf.- Petrus, Segontinus episcopus,  
cf.- Stephanus, Zemoransis episcopus, cf.- Navarrum,  
Sallamantinus episcopus, cf.- Raymundus<sup>xx</sup>, Palentinus  
episcopus, cf.

Comes Fernandus de Gallegia, cf.- Comes Rodericus  
Velosus, cf.- Comes Ranemirus Froylat, cf.- Comes Osorius,  
cf.- Comes Petrus, cf.- Menendus de Baragancia<sup>xx</sup>, cf.- Munio  
Tacon, cf.- Aprilis, cf.- Munio Arudez<sup>xx</sup> de Zemora, cf.-  
Petrus Salvadorez<sup>xx</sup>, cf.- Item Petrus Salvadoriz, cf.

(la col.) Pelagius Todoniz<sup>xx</sup>, cf.- Romanus Sesnandez<sup>xx</sup>,  
cf.- Iohannes Salvad. Iz. cf.- Comes Pontius, maicerdomus  
imperatoris, cf.- Goterre Fernandiz, cf.- Nuno Petriz,  
alferiz imperatoris, cf.- Fernandus Iohannis, cf.- Vermundo  
Petriz, cf.- Stephanus Romanz de Zemora, cf.- Iohannes  
Cidiz, cf.- Fernandus Cidiz, cf.

(Signum Imperatoris).

(2a col.) Pelagius Salvadoriz. cf.- Petrus Muniz. cf.-  
Petrus Iohannis. cf.- Petrus Xabiz. cf.- Didacus Romanz.  
cf.- Pelagius Pelayz<sup>2</sup>. cf.- Leonardus. cf.-  
Munio, notarius imperatoris, per manum Iohannis Fernandi  
cancellarii, scripsit.

---

NOTAS

<sup>1</sup> 2): falta alfa et omega.

<sup>2</sup>" : quem.

<sup>3</sup>" : ei multa.

<sup>4</sup>" : Adefonsus.

<sup>5</sup>" : Hyspanie.

<sup>6</sup>" : infantissa.

<sup>7</sup>" : meis.

<sup>8</sup>" : in perpetuum.

<sup>9</sup>" : remissionem.

<sup>10</sup>" : existentem.

<sup>11</sup>" : per termino vendicavit.

<sup>12</sup>" : avi mei regis Adefonsi.

<sup>13</sup>" : vallem.

<sup>14</sup>" : Pecelino.

<sup>15</sup>" : Oleiros.

<sup>16</sup>" : infantes.

<sup>17</sup>" : successoribus.

<sup>18</sup>" : pratis.

<sup>19</sup>" : Adefonsus.

<sup>20</sup>" : comitibus.

<sup>21</sup>" : Toleto.

<sup>22</sup>" : Adefonsus.

<sup>23</sup>" : kartam.

<sup>24</sup>" : infantissa.

<sup>25</sup>" : Toletanus.

<sup>26</sup>" : Raimundus.

<sup>27</sup>" : Bragantia.

<sup>28</sup>" : Aurdiz.

<sup>29</sup>" : Salvadoriz.

<sup>30</sup>" : Tedoniz.

<sup>31</sup>" : Sesnandiz.

<sup>32</sup>" : Pelaiz.

1154, abril, 8. Letran.

Anastasio IV confirma todos los privilegios y  
posesiones de la iglesia de Santiago.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XXII.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 255.- MANSILLA:  
Formación, págs. 85 y 96.

Anastasius episcopus<sup>1</sup>, servus servorum Dei. Venerabili  
fratri Pelagio Compostellano archiepiscopo, eiusque  
successoribus canonice substituendis, in perpetuum. In  
eminenti apostolice sedis<sup>2</sup> specula, dispónente Domino  
constituti fratres nostro episcopos ex iniuncto nobis  
apostolatus officio fraterna caritate diligere et ecclesiis  
sibi a Deo commissis<sup>3</sup> suam debemus dignitatem et iusticiam  
conservari. Eapropter dilecte in Christo<sup>4</sup> frater Pelagi.  
archiepiscope, rationabilibus tuis postulationibus gratum  
impertinentes assensum ad exemplar predecessoris nostri  
felicis memorie, pape Calixti. sanctam Compostellanam beati<sup>5</sup>  
Iacobi ecclesiam cuius in ea venerandissimum corpus est  
positum apostolice sedis privilegio communibus et ob ipsius  
a Deo electi apostoli reverentiam, archiepiscopalnis cathedre  
dignitatem quam opulentissima quondam et famos nominis  
Emeritana civitas, priusquam peccatis exigentibus ab impia  
sarracenorum tyrannide possideretur, habuisse dinoscitur<sup>6</sup>.  
presentis scripti pagina in perpetuum confirmamus, ut eadem  
Emeritana civitas Compostellane civitati sicut sue  
metropoli, perpetuis maneat subiecta temporibus. Omnem  
quoque pontificalis officii plenitudinem, quam ipsius  
Emeritane ecclesie antistites antiquitus habuerunt.

Compostellane presul ecclesie integre semper quieteque  
obtineat suffraganei vero episcopi Emeritane metropolis,  
Salamanticensis, videlicet Avilensis, Cauriensis,  
Ulixbonensis, et ceteri que eidem Emerite olim subiecti  
fuisse noscuntur Compostellano archiepiscomo, culus  
consecratio ad romanam<sup>3</sup> tantum spectat ecclesiam.  
obedientiam et reverentiam tanquam proprio metropolitano  
prorsus exhibeant: ipse autem illos consecrandi ad sua  
concilia convocandi cum ipsis etiam ecclesiastica negocia  
terminarum<sup>2</sup> et eorum ecclesias disponendi auctoritate sedis  
apostolice liberam omnino habeat facultatem. Ad hec  
predecessores nostri sancte recordationis. Eugenii pape,  
vestigiis inherentis ad maiorem ipsius ecclesie dignitate et  
personae reverenciam vexillum vivifice crucis per subditam  
tibi provinciam ante te defferendi<sup>1</sup>, tam tibi quam tuis  
successoribus, ex apostolice sedis benignitate licentiam  
indulgemus; ita tamen ut quandiu<sup>2</sup> sedis apostolice legatus  
in provincia illa fuerit, minime hac dignitate utaris.  
Prohibemus autem ut nulli canonorum eiusdem ecclesie beati  
Iacobi, qui ad aliarum ecclesiarum prelatione assumpti sunt  
vel in posterum assumentur, honorem vel prebenda<sup>3</sup> seu  
canonicatum in ipsa ecclesia liceat retinere, sed alia  
ydonea<sup>4</sup> persona in loco ipsius subrogetur que ipsi ecclesie  
deserviat et beneficium eius percipiat. Illud etiam omnimodo  
interdicimus ut nulli unquam persone facultas sit beati  
Iacobi ecclesie illum censum qualibet occasione subtrahere  
quem Hispanorum catholici regis<sup>5</sup> ex singulis boum paribus a

flumine Pisorgo usque ad mare occidentale annuatim  
persolvendum, sicut in scriptis eiusdem ecclesie continetur.  
pro salute totius provincie statuerunt. Obeyente vero te nunc  
eiusdem loci archiepiscopo vel tuorum quolibet successorum  
nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia  
preponatur nisi quem fratres communi consensu vel pars  
consilii sanioris, secundum Deum providerit, eligendum.  
Preterea quascumque possessions quecumque bona eadem  
Compostellana<sup>ta</sup> ecclesia in presenciarum iuste et canonice  
possidet aut in futurum concessione pontificum largitione  
regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis  
modis, Deo propicio, poterit adipisci. firma tibi tuisque  
successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis  
duximus exprimenda vocabulis. civitatem ipsam Compostellam<sup>ta</sup>  
cum cauto suo et cum' ipsius episcopatus, monasterium  
Sancti Pelagii de Antealtaia, monasterium Sancti Martini de  
Foris, ecclesiam beate Marie de Saris, monasterium Sancti<sup>ta</sup>  
Petri de Foris, monasterium Sancti Iusti in Laniā.  
monasterium de Superato, de Aziveto, de Coteseta, de  
Mosonzo<sup>ta</sup>, de Cinis, de Montefortis, de Borgendo, de  
Nogaria, de Solandres, de Calaveria, de Seia, de Rivomalo,  
de Morame, de Ozon, de Savardes, de Portu Horii, de Nomino,  
de Cuitru, de Cologio, de Brivis, de Mechs, de Dormiana, de  
Calogo, de Podio, de Lerze, de Armenteera, de Arcos et  
monasterium Sancti Ichannis<sup>ta</sup> in Fcvea, Sancti Christofori,  
Sancti Vereeximi, Sancti Georgii, Sancti Thome<sup>ta</sup> de Pignario  
et Sancti Iacobi de Rinello; preterea regalem capellaniā et

cancellariam quam dilectus filius noster Adeffonsus illustris  
et gloriosus Hyspanie<sup>re</sup> rex ecclesie vestre concessit et  
scripti sui pagina confirmavit: castrum quoque quod  
vocatur<sup>re</sup> Honestum et Yriam<sup>re</sup> cum servis et omnibus  
appenditiis suis, castrum quod vocatur Sancta Maria de  
Lanzada, cum ecclesiis et omnibus aliis pertinenciis suis:  
castrum quod vocatur<sup>re</sup> Ciria, cum ecclesiis et omnibus  
pertinenciis suis: territorium quod vocatur Amaea, cum  
omnibus possessionibus quas ibi habetis: Pistomarchos, cum  
servis et possessionibus quas in eo habetis: Bizetum, cum  
servis quos ibi habetis; Duuria, cum possessionibus quas ibi  
habetis: Laias, cum pertinenciis suis: Luciosam, cum servis  
et pertinenciis suis: Montanos, cum ecclesiis et  
possessionibus quas ibi habetis: Cornatu, cum ecclesiis et  
possessionibus quas ibi habetis: Ventosam, cum Insula de  
Laonio; Montes, quos Suarius Froilee<sup>re</sup> quandoque a vestra  
ecclesia tenuit: Taveirolos, cum ecclesiis et possessionibus  
quas ibi habetis: Ripam Ulii, cum ecclesiis et  
possessionibus quas ibi habetis: villam de Corneliana cum  
ecclesiis votis: et omnibus aliis possessionibus quas in  
terra Portugalensium ducis habetis: ecclesias, cum  
possessionibus quas habetis in Nendos et ultra Thamar;  
ecclesias, cum possessionibus quas habetis in Salnes;  
ecclesias quas habetis in Bracarensi, Legionensi,  
Asturicensi et aliis episcopatibus Hyspanie<sup>re</sup>, quemadmodum  
in autenticis romanorum pontificum privilegiis ecclesie  
vestre indulxit habetur; hospitale quod est situm ante

vestram ecclesiam, cum ecclesiis et possessibus suis, et  
villam que vocatur Condominia, cum omnibus servis suis.  
Decernimus ergo ut nullum omnino hominum licet prefatam  
ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre  
vel ablatas retinere, minovere aut aliquibus vexationibus  
fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et aliorum  
pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt,  
usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice  
sedis auctoritate.

Si quis igitur in futurum ecclesiastica secularis  
persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra  
eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita-  
si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis  
honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio  
existere deperpetrata iniustitate cognoscat et a sacratissimo  
corpo ac sanguine Del et Domini redemptoris nostri Ihesu  
Christo aliena fiat atque in extremo examine districte  
ulcioni subiaceat. cunctis autem eidem loco iusta  
servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatenus et  
hic fructum bone actionis percipient et apud districtum  
iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. amen, amen\*\*\*.

(R.)<sup>o</sup> Ego Anastasius. catholice sedis episcopus. ss.  
(BN.).

Ego Ymarus. Tuscus episcopus. ss. - Ego Odo diaconus  
cardinalis Sancti Georgii ad Vulum Aureum. ss. - Ego  
Gregorius, presbiter cardinalis tituli Calixti. ss. - Ego  
Guido, presbiter cardinalis tituli Sancti Crisogoni. ss. -

Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tituli Sancte<sup>1</sup> Praxedis.  
ss.- Ego Arbertus, presbiter cardinalis tituli Sancte  
Anastasie, ss.- Ego Guido, presbiter cardinalis tituli  
Pastoris, ss.- Ego Octavianus, presbiter cardinalis tituli  
Sancte Cecilie, ss.- Ego Iohannes, presbiter cardinalis  
Sanctorum Iohannis et Pauli tituli Pamachii, ss.- Ego  
Iohannes, presbiter cardinalis tituli Sanctorum Silvestri et  
Martini, ss.- Ego Iohannes, diaconus cardinalis Sanctorum  
Sergii et Bachi, ss.- Ego Odo, diaconus cardinalis Sancti  
Nicolay in Carcere Tulliano, ss.<sup>2</sup> - Ego Gregorius, diaconus  
cardinalis Sancti Angeli, ss.

Datum<sup>3</sup> Laterani per manum Rolandi, Sancte Romane  
Ecclesie presbiteri cardinali<sup>4</sup> et cancellarii. VI idus  
aprilis, indictione II, Incarnationis Dominice anno Mo Co Lo  
IIIIO, pontificatus vero domini<sup>5</sup> Anastasii IIII pape anno  
I<sup>6</sup>.

---

NOTAS

<sup>1</sup> LOPEZ FERREIRO: eps.

<sup>2</sup> Repite apostolice sedis.

<sup>3</sup> LOPEZ FERREIRO: commissis.

<sup>4</sup> ID.: Xpisto.

<sup>5</sup> ID.: sciam. compost. bti.

<sup>6</sup> ID.: dignoscitur.

<sup>7</sup> ID.: cui.

\* Intercala. al margen ad romanam.

\* LOPEZ FERREIRO: negotia terminaturus.

\* ID.: deferendi.

\* ID.: quamdiu.

\* ID.: prebendam.

\* ID.: idonea.

\* ID.: reges.

\* ID.: compost.

\* ID.: compostellanam.

\* ID.: et ipsius.

\* ID.: monast. sci.

\* ID.: Mesonzo.

\* ID.: monast. sci.

\* ID.: sci. Xrofori. sci. Vereximi. sci.

\* ID.: Hispanie.

\* ID.: vocant.

\* ID.: Iriam.

\* ID.: vocant.

\* ID.: Froilet.

\* ID.: Hispanie.

\* ID.: nullo.

\* ID.: falta desde in futurum hasta amen.

\*+ Custodi me Domine ut pupillam occuli. Sanctus Petrus.

Sanctus Paulus. Anastasius papa IIII.

\* LOPEZ FERREIRO: diac. card. sci.

\* ID.: G.G. pbr. card. tit.

\* ID.: Bobaldus pbr. card. tit. sce. Estas mismas

abreviaturas aparecen en los restantes cardenales.

\* ID.: Tul. conf.

\*\* ID.: dat.

\*\*\* ID.: sce. rom. ecclesie pbr. card.

\*\*\*\* ID.: dni.

24

1155. febrero, 7. Tordesillas.

Alfonso VII da a la Iglesia de Santiago una  
heredad cerca de Ledigos.

Fols. 59 r. - 60 r.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XXV.

REG.: RASSOW: Die Urkunden, pág. 461.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 260 y 261.- RECUERO :

Alfonso VII, pág. 237.

(Christus) In nomine Domini amen. Quanto diviciis et  
possessionibus quisque videtur affuere tanto de his que  
possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute anime sue et  
peccatorum suorum remissione largius debet impendere, iusta

illud apostoli facite bonum ad omnes maxime ad domesticos fidei. Quapropter ego Adeonsus. Dei gratia" tocius Hispanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna" Rica et cum filiis meis Sancio et Fernando regibus, pro amore Dei facio cartam donationis et textum frmitatis Deo et ecclesie beati Iacobi et vobis archiepiscopo domno" Pelagio et omnibus eiusdem ecclesie successoribus vestris, de tertia parte tocius pascui de Cordelos. Donec et concedo vobis terciam partem illius pascui que iacet circa illam villam beati Iacobi que vocatur Lidiqus ut ab hac die habeatis et possideatis vos et omnes successores vestri iure hereditario in perpetuum et faciatis de ea quicquid vestra fuerit voluntas, donado, vendendo, concambiendo cuicunque volueritis libere et quiete. Et hoc meum factum semper sit firmum.

Si vero aliquis<sup>m</sup> homo ex meo genere vel alieno hoc meum factum rumpere temptaverit, sit maledictus a leo et excommunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno damnatus et cum Datam et Abiron, quos terra vivos absorbuit penas inferni luat'.

Facta carta in Octerdeselac. VII<sup>o</sup> idus februarii, era Ma  
Cæ LXæ IIIæ. Imperante ipso Adefonso imperatore Tholeto,  
Legioni, Galecie, Castelle, Naiare, Saragocie, Baecie et  
Almarie. Et tunc dominus<sup>m</sup> Iacintus, diaconus Sancte Romane  
Ecclesie cardinalis, celebravit concilium apud Vallemollit  
cum domino imperatore Adefonso et cum filiis eius Sancio et  
Fernando regibus et cum archiepiscopis Iohane Toletano.

Pelagio Compostellano<sup>o</sup> et cum episcopis totius imperii sui  
et cuzm comitibus suis Almanrico et Poncio atque  
barronibus<sup>o</sup>. Et tunc temporis rex Navarre Sancius et comes  
Barchilonie vassalli imperatoris.

Quicumque hanc cartam seu donum meum rumpere temptaverit,  
pectete archiepiscopo seu canonicis ecclesie beati Iacobi  
decem milia morabitinorum<sup>o</sup>.

Ego Adefonsus, Dei gratia totius Hyspanie imperatori,  
hanc cartam quam fieri iusi propria manu mea confirmo atque  
roboro.

(Signum imperatoris.)

(1a col.) Rex Sancius, filius imperatoris, cf.- Comes  
Almanricus, tenenes Baeciam, cf.- Comes Poncius, maiordomus  
imperatoris, cf.- Gundisalvus de Maranon, alferiz  
imperatoris, cf.- Didacus Muniz<sup>12</sup> de Saldania, tunc temporis  
maiordinus in Carrione et in Saldania, cf.

(2a col.) Iohannes. Toletanus archiepiscopus<sup>13</sup> et  
Hyspanie primas, cf.- Martinus, Ovetensis episcopus, cf.-  
Iohannis, Legionensis<sup>14</sup> episcopus, cf.- Petrus,  
Asturicensis<sup>15</sup> episcopus, cf.- Reimundus, Palentinus<sup>16</sup>  
episcopus, cf.

(3a col.) Rex Fernandus, filius imperatoris, cf.- Comes  
Rodericus<sup>17</sup> Petriz, cf.- Comes Gunsalvus Fernandiz, cf.-  
Iohanes Petriz, cf.- Petrus Balzam, maiordinus tunc temporis  
in Legione, cf.<sup>18</sup>

Adrianus, notarius imperatoris, per manum Iohannis  
Fernandiz imperatoris<sup>19</sup> cancellarius, hanc carta.scripsit.

NOTAS

<sup>1</sup> LOPEZ FERREIRO: affluere.

<sup>2</sup> ID.: iuxta.

<sup>3</sup> ID.: ora.

<sup>4</sup> ID.: dna.

<sup>5</sup> ID.: archiepo dno.

<sup>6</sup> ID.: id vero aliquid.

<sup>7</sup> ID.: falta desde homo hasta ludi.

<sup>8</sup> ID.: dns.

<sup>9</sup> ID.: compostell.

<sup>10</sup> ID.: baronibus.

<sup>11</sup> ID.: falta desde et tunc hasta morabitinorum.

<sup>12</sup> ID.: Nuniz.

<sup>13</sup> ID.: Tolet. archieps.

<sup>14</sup> ID.: Legion. eps.

<sup>15</sup> ID.: Asturic. eps.

<sup>16</sup> ID.: Palent. eps.

<sup>17</sup> ID.: Rudericus.

<sup>18</sup> ID.: Falta cf.

<sup>19</sup> ID.: Falta imperatoris.

1156, noviembre, 2. Atienza.

Alfonso VII, con el consentimiento del arzobispo de Santiago, acota a Sancho Yáñez la villa de Pedroso, debiendo pagar a la Iglesia compostelana un fretón el día de la Trinidad.

Fols. 222 r.- 223 r.

CT.: LOPEZ FERREIRO, H.C., IV, pág. 264.

(Christus) In nomine Sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quoniam fere in omni contractu et maxime in donationibus que es mera liberalitate principum, regum et potius imperatorum procedunt bona fide exhibitur, quoniam etiam idoneum est et rationi congruum ut ei que a regibus sive ad imperatoribus donantur iusto mentis autenticis firmetur ac roborentur, nec res ipsa gesta ve/tu/state te[m]porum oblivioni tradatur. Eapropter ego Aldefonsus, pius, felix, inclitus, triumphator ac<sup>1</sup> semper invictus, totius Hyspanie, divina clemencia, famulosissimus imperator, una cum uxore mea imperatrice domina Richa et cum filiis meis Sancio et Fernando regibus, simus etiam cum filiabus meis . scilicet Constancia, inclita Francorum regina, et cum Sancia, nobili Navarre regina. facio tibi Sancio Iohanni et uxori tue Maiori Guilielmici et filiis et filia**bus** vestris necnon successioni et . voci tue,

mea spontanea voluntae cautum firmissimum de villa de Pedroso, cum casale nomine Soutulo, et cum aliis casalibus et omnibus aiunctionibus ad ipsam pertinentibus, per portum de Lampani et lumbas per quas dividitur Cheiruga et ad pelaciis et per extremos terminos de Pasturica versus Mirandam, et per alios suos terminos antiquos, a qua villa removeo cunctum regium forum, et omne forum, videlicet coniuntam cum placito archiepiscopi ecclesie beati Iacobi domini Martini et assensu eiusdem ecclesie canonicorum. Et hoc factum meum firmum et inconcussum.

Si quis infringere temptaverit sit in primis excommunicatus et cum Datam et Abiron, quos terra vivos, obsorbuit, condemnatus persolvat etiam tibi vel vocem tuam puisanti sex mille solidos, existente cautum semper in robore suo.

Est autem facta carta ista in Atenza, quarto nonas kalendarum novembrum, era Ia Cœ nonagesima IIIIæ. Imperante eodem Adefonso gloriose, pio, felici, ac semper invicto Gallecie, Legione, Castelle, Nagere, Cesaramaguste, Toletto, Almarie, Baecie, Anduger, Variali imperatoris comes Barchiolensi, rex Murcie, rex Navarie et alii multi vasalli eiusdem potentissimi quorum nomina non scribuntur hic.

Ego Adefonsus Hispanie imperator, una cum filiis et filiabus meis, hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo.

Rex Sancius, cf.- Comes Manrricus, tenens Baecie, cf.- Comes Lupus, cf.- Comes Veila, cf.- Celebrunus, Segontinus

episcopus, cf.- Iohannes. Legionensis episcopus, cf.-  
Gundisalvus de Maranon, tenens alfaracion imperatoris, cf.-  
Goter Petrici, cf.- Goter Fernadiz, cf.- Poncius de Minerba,  
cf.- Fernandus Captivus, cf.- Guncalus Ruderigus, cf.-  
Giomet Guncalviz, cf.- Iohannes. Telli tanus archiepiscopus,  
cf.- Vicencius, Segoviensis episcopus, cf.- Martinus,  
Auriensis episcopus, cf.- Petrus, Asturicensis episcopus,  
cf.- Iohannes. Lucensis episcopus, cf.

(Signum regis Sancii.) (Signum imperatoris.) (Signum  
regis Fernandi.)<sup>4</sup>

Ego magister Petrus, domini imperatoris chancellarius.  
cf.- Rex Fernandus, cf.- Comes Poncius, mariordomus  
imperatoris, cf.- Comes Ramirus, cf.- Comes Petrus, cf.-  
Comes Rudericus, cf.- Comes Gundisalvus, cf.- Vela Goterriz,  
cf.- Alvarus Ruderigus, cf.- Menendo Braganca, cf.-  
Pellagius Curvus, cf.- Petrus, Mindoniensis episcopus.

Rinatus, scriptor domini imperatoris, per manus Petri  
Gundisalvi, chancellorii domini imperatoris, propria manu  
mea scripsi.

Ego Petrus, cardinalis ecclesie beati Iacobi, decanus,  
cf. (Signum).<sup>5</sup>

Bernardus, Compostellane ecclesie cardinalis.  
cf. (Signum).

Ego Petrus, iudex, cf. (Signum).  
Pelagius Canus, Dei gratia ecclesie beati Iacobi cantor,  
cf.  
Martinus, Dei gratia ecclesie beati Iacobi

archiepiscopus, hoc scriptum confirmat (R.)<sup>6</sup>

Hoc tamen servato quod Sancius Iohannis vel vox sua reddat annuatim canonice beati Iacobi fertonem unum argenti in Dominica die Sancti Trinitatis, dum vixerit, et post eius obitum quicumque in eadem hereditatem successerint annuatim reddant eidem ecclesie ipsum fertonem dum mundus extiterit.

NOTAS

<sup>1</sup> Repite hac.

<sup>2</sup> Por vassali.

<sup>3</sup> Repite Comes Manricus, tenens Baecie, cf.

<sup>4</sup> In signo: Hec sit qui infringat proprio robore firmat.

Fernandus rex Legionensis.

<sup>5</sup> In signo: Petrus Pardus, Dei gratia decanus.

<sup>6</sup> Verbo Domini celi firmati sunt. Martinus archiepiscopus.

1158. setiembre. 30. Santiago.

Fernando II confirma al arzobispo de Santiago y a sus sucesores en los cargos de capellán y canciller mayor.

Fol 141 v.-142 v.'

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XXVII.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 350.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs., 14 y 269-270.-

MILLARES: Cancilleria, págs 261-263.- GONZALEZ: Fernando II,  
págs. 37 y 162.- PORTELA PAZOS: Anotaciones, pág. 18.

(Christus)<sup>o</sup> Qui regnum Hyspanie<sup>s</sup> conservari et dilatari  
desiderant consilium illis est. ut Hyspanorum certum et  
specialem patronum beatissimum Iacobum studeant habere  
propitium. Huic studio ego Fernandus, per Dei misericordiam  
Legionensis sceptri rex et beati Iacobi vexilliifer,  
insistere satagens Compostellanam gloriosissimi Iacobi  
ecclesiam in omnibus largitionibus et beneficiis avorum  
atque parentum meorum in possessionibus, honoribus,  
dignitatibus atque in omni iure suo semper integre  
conservare et meis etiam donationibus eam<sup>o</sup> ampliare et super  
omnes ecclesias mei regni semper honorare, promitto et  
statuo ad prsens vero mei patris incliti<sup>m</sup> imperatoris  
Adefonssi<sup>o</sup> vestigiis inherens atque donationem eius  
approbans vobis dilecte pater Martine, Compostellane<sup>r</sup> sedis  
archiepiscopae, et fratrum vestrorum canonicorum conventui  
atque omnibus successoribus vestris et<sup>a</sup> ecclesie  
Compostellane imperpetuum<sup>r</sup> regalem Hyspanie cancellarium et

capellaniam hereditario iure perhenniter<sup>11</sup> habendam concedo  
et concessionem hanc huius spontanei scripti pagina  
confirmo. presentibus personis ecclesiasticis et  
secularibus, videlicet Iohanne<sup>12</sup>, archiepiscopo Bracarensi.  
episcopis Petro Minduniensi et Eliberto Ulisbonensi<sup>13</sup>.  
comitibus Poncio de Cabrera, Petro Adefonsi<sup>14</sup> de Asturiis.  
Ranemiro Froilaci, Gundisalvi Fernandii, maiorino regii  
palaci Aprili, potestatibus et baronibus et Alvaro  
Roderici, Nunone Petriz<sup>15</sup>, Pelagio Curvo et aliis plurimis.

Si quis contra hoc nostrum scriptum facere vel machinari  
aliquid inventus fuerit, Dei et beati Iacobbi offensam  
incurrat et cum filiis perditionis in inferno partem suam  
accipiat, vobis vel voci vestre<sup>16</sup> auri libras C<sup>17</sup> exolvat,  
ipsius vero cancellarie et capellanie dominium in vestro vel  
vestre vocis iure<sup>18</sup> in eternum maneat.

Data pagina concessionis et confirmationis Compostelle<sup>19</sup>,  
per manum archidiaconi cancellarii Fernandi, II<sup>20</sup> kalendas  
octobris, sub era I<sup>a</sup> C<sup>a</sup> IX<sup>a</sup> a V<sup>a</sup>IA<sup>21</sup>.

Ego Fernandus, Dei gratia rex legionensis, hanc cartam<sup>22</sup>  
quam fieri iussi propria manu roboro et confirmo.

(Signo rodado.)<sup>23</sup>

(1<sup>a</sup> col.) Ego Iohannes. Dei gratia Brachiariensis<sup>24</sup>  
archiepiscopus, cf. (Signum.)-Petrus, Auriensis<sup>25</sup> episcopus,  
cf. (Signum.)- Petrus, Dei gratia Vallibiensis episcopus,  
cf. (Signum.)<sup>26</sup>- Comes Pontius de Cabreira<sup>27</sup>, cf.- Comes  
Petrus Adefonsi<sup>28</sup> de Asturiis, cf.- Comes Ranemirus  
Froilaci, cf.- Comes Gundisalvus Fernandici, cf.- Maiorino

regii placii Aprilis, cf.- Alvarus Ruderici. cf.- Filius  
eius Rudericus Alvarici. cf.<sup>22</sup>.- Nunione Petrici. cf.<sup>23</sup>.-  
Pelagius Curvus. cf.- Sancius Iohannis. cf.- Iohannes  
Vistila. cf.- Didacus Pelaici. cf.- Gaufridus de Sanctas.  
cf.- Petrus Belius [cf.]

(2a col.) Pelagius Cellenove abbas. cf.(Signum.)-  
Fernandus Ebrardici. cf.- lagius Toeragus. cf.- Mirtinus  
Pelaici. cf.- Anselinus. cf.- Bernaldus Petrici. cf.-  
Vilielmus<sup>24</sup> Oliver. cf.- Amarelus. cf.- Fernandus Pandus.  
cf.- Julianus Petrici. cf.- Martinus Didaci. cf.- Pinzan,  
cf.- Petrus Sisnandici. cf.- Iohannes Arias. cf.- Petrus de  
Valeyron.- Cresconius Puiuctus. cf.- Martinus de Villanova.  
cf.- Froila Farret, cf.

Pelagius de Vizu. ecclesie<sup>25</sup> beati Iacobi subdiaconus,  
notarius, et peroprio robore cf.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en A.H.N., Consejos, leg. 4179, p. 1, fol. 261.

<sup>2</sup> LOPEZ FERREIKO.: falta el crismón.

<sup>3</sup>ID.: Hyspaniae.

<sup>4</sup>ID.: donationibus ampliare.

<sup>5</sup>ID.: inclyti.

<sup>6</sup>ID.: Adephensi.

<sup>7</sup>ID.: Martine Composteilane.

<sup>8</sup>ID.: vestris ecclesie.

<sup>7</sup>ID.: in perpetuum.

<sup>10</sup>ID.: perenniter.

<sup>11</sup>ID.: Ioanne.

<sup>12</sup>ID.: Viliberto Ulisip nensi.

<sup>13</sup>ID.: Adephonsi.

<sup>14</sup>ID.: Nunnone Periiz.

<sup>15</sup>ID.: vestrae.

<sup>16</sup>ID.: centum.

<sup>17</sup>ID.: vocis vestrae vere.

<sup>18</sup>ID.: Compostellae.

<sup>19</sup>ID.: MCXVI.

<sup>20</sup>ID.: Legionensium chartam.

<sup>21+</sup> Fernandi Legionis regis.

<sup>22</sup>LOPEZ FERREIRO.: Ioannes Bracaren.

<sup>23</sup>ID.: Aurien.

<sup>24</sup>In signum : -no verita-

<sup>25</sup>LOPEZ FERREIRO: Cabrera.

<sup>26</sup>ID.: Adephonsi.

<sup>27</sup>ID.: falta desde filius hasta cf.

<sup>28</sup>ID.: falta Munione Petrici, cf.

<sup>29</sup>ID.: Guilielmus.

<sup>30</sup>Id.: ecclesiae.

Alfonso VII dona al arzobispo de Santiago la  
iglesia de Caldas de Reyes.

Fols. 1) 191 v.- 192 r. y 2) 198 r.-v.'

REG.: GONZALEZ; Fernando II. pág. 360.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 270.- MILLARES:  
Cancilleria, pág 263.

(Christus, alfa et omega) In nomine Sancte et individue  
Trinitatis. Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Summum  
in regibus bonum est ecclesias si pia loca fovere,  
religiosas personas diligere ac manutenere et eis aliqua  
beneficia conferre. Quodcirca ego Fernandu. Dei gratia  
Legionensium rex, propria voluntatis imperio motus, facio  
textum scriptum donationis firmissimum in perpetuum  
valitum ecclesie Sancti Iacobi et vobis dilecto meo, domno  
Martino, eiusdem ecclesie venerabili archiepiscopo, atque  
successoribus vestris de illa ecclesia de Caldas de  
Contines, videlicet Sancta Maria. Dono itaque ecclesie  
Sancti Iacobi et vobis domno Martino, eiusdem loci  
archiepiscopo, et successoribus vestris iamdictam ecclesiam,  
scilicet Sancta Maria de Caldis de Contines cum omnibus  
terminis suis novissimis et antiquis, cum pratis, pascuis,  
montibus, fontibus, molendinis et locis molendinorum, cum

ingressibus et egressibus, cum hominibus, casalibus,  
famillis, servicialibus<sup>1</sup> atque hereditatibus et cum omnibus  
prestacribus suis presentibus et futuris et cum omni iuris  
eius quod habet vel habere debet plenitudine, ubicumque  
illud invenire potueritis, intus vel extia et cum illis  
hereditatibus, familiis et ciationibus de regalengo que  
sunt infra terminos parrochie ipsius ecclesie atque  
hereditario<sup>2</sup> iure, op remedium anime mee et parentum meorum.  
in perpetuum concedo. Sit itaque prememoratae ecclesie et  
vobis domno Martino, eiusdem ecclesie archiepiscopo,  
deinceps potestas facienda de illa quicquid volueritis.

Si quis igitur huius mei voluntarii facti temerarius  
violator contra hanc mee donationis paginam venire  
presumpserit, offensam<sup>3</sup> Dei cum indignatione mea incurrat  
et, pro temeraria presumptione, prefate ecclesie eiusque  
archiepiscopo vel eorum vocem pulsanti, mille libras auri  
componat. Et hec scriptura semper stabilis et inviolata  
permaneat.

Facta apud Cemoram, V<sup>o</sup> kalendas october, sub era Ma Ca  
LX<sup>a</sup> VII<sup>a</sup>, anno III quo obiit in portu de Muradal  
famosissimus Hyspaniarum imperator dominus Anfonsus<sup>4</sup> et  
cepit regnare inclitus eius filius predictus rex Fernandus  
in Legione, Gallicia et Asturiis.

Ego Fernandus, Dei gratia, Legionensium rex, hoc scriptum  
quod fieri iussi propria manu roboro et confirmo.

(lā col.) Petrus, Minduniensis episcopus, cf.- Iohannes,  
Legionensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis

episcopus, cf.- Stephanus. Cemorensis episcopus, cf.-  
Ordonius. Salamantinus episcopus, cf.- Petrus. Ovetensis  
episcopus, cf.- Iohannes. Lucensis episcopus, cf.- Petrus,  
Auriensis episcopus, cf.

(Signo rodado.)<sup>11</sup>

(2a col.) Comes Poncius, maiordomus regis, cf.-Comes  
Petrus, cf.- Comes Ramirus, cf.- Comes Gunzalvus, cf.-  
Poncius de Minerbus, cf.- Fernandus Gunsalvi, signifer,<sup>12</sup>  
cf.- Pelagius Curvus, cf.- Alvarus Roderici, cf.- Nuncio  
Fernandi, cf.- Menendus Bragancius. cf.- Menendus Faiam, cf.  
Ego Petrus, dictus Infantinus<sup>13</sup>, notarius regis, de manu  
Minduniensis episcopi domni Petri, scripsi at<sup>14</sup> confirmo.

---

#### NOTAS

<sup>11</sup>Original en SANTIAGO, A.H.D., leg. 1. carp. 5, antes  
SANTIAGO, A.A.- Otra copia en Tumbo A fol. 47 r.

<sup>12</sup>2): fovere et religiosas.

<sup>13</sup>ID.: facta aliqua.

<sup>14</sup>ID.: testum et scriptum.

<sup>15</sup>ID.: falta desde videlicet hasta Caldis de Contines.

<sup>16</sup>ID.: servicialibus.

<sup>17</sup>ID.: heredario.

<sup>18</sup>ID.: presumserit offensam.

<sup>19</sup>ID.: Ma Ca LXe Vllø.

<sup>10</sup>ID.: Anfonssus.

<sup>11</sup>+ Signum Fernandi regis Legionis.

<sup>12</sup>): Gunsalviz, signifer regis.

<sup>13</sup>ID.: Inffantinus.

<sup>14</sup>ID.: atque.

1163, febrero, Medinaceli.

Fernando II concede al obispo Pedro de Mondoñedo,  
electo de Santiago, Coria con su jurisdicción.

Fols. 122 r.- 123 r.

REG.: GONZALEZ, Fernando II, págs. 373-374.

CT.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 61 n. 15 y 175.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Patris et Filii et  
Spiritus Sancti amen. Fida memorie custodia in scripto  
consistit cuius recitatio summo ut oblivious et rem longi  
temporis facile reducit in mente. Huic est quod ego  
Fernanud, Dei gratia ex Hyspanorum, facio textum et  
scriptum donationis firmissimum et eius concussa stabilitate  
semper permansurum. Deo et beato Iacobo et vobis dilecto meo

Petro, Minduniensi episcopo. Compostellano electo,  
vestrisque successoribus et universo eisdem ecclesie  
canonicorum, tam presentium quam futurorum, venerando  
conventui. videlicet de tota Cauria. Dono itaque Deo et  
Compostellane Sancti Iacobi ecclesie et vobis dono Petro,  
eiusdem ecclesie electo, et vobis accendentibus vel  
succedentibus et iamdictis Sancti Iacobi canonicis  
presentibus et futuris, pro memoratam civitatem videlicet  
Cauriam totam et integrum, cum terminis suis, castellis  
omnibus novissimis et antiquis, cum regalibus omnibus, cum  
universis bonis et pertinenciis suis et cum omni iuris eius  
habiti vel habendi plenitudine et ut deinceps prefatam  
urbem Caurie habeat Compostellana ecclesia possidat et  
quicquid voluerit de illa faciat eidem et eiusdem vobis  
domino Petro, electo, iure hereditario eandem in perpetuum  
concedo pro mea et parentum meorum salute perpetua et pro  
communi christianitatis utilitate et illius devoti obsequii.  
quod Petrus, Minduniensis episcopus et Compostellanus  
electus, fideliter et sine remissione xxxxxxxxxxxxxxxx  
intuitu.

Si quis igitur hoc meum voluntarium factum irrumpere<sup>\*\*</sup>  
presumpserit iram xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx et beati Iacobi et  
omnium sanctorum Dei se noverint incursum et cum Iuda  
proditore Domini in inferno gravatur puniendum et  
Compostellane ecclesie /vel/ voci sue mille libras auri  
compositurum.

Facta carta apud Midinamceli. mense februario, sub era Ma

CC<sup>a</sup> I<sup>a</sup>. Regnante rege domino Fernando in Legione, Gallicie et  
Asturiis et, sub tutela sua, nepotem suum regem Anfonsum  
tenente in Toletu, Stromatura et Castella eodem rege  
existente.

Ego Fernandus Dei gratia rex Hyspanorum, hoc scriptum quod  
fieri iussi propria manu roboro et confirmo.

(1<sup>a</sup> col.) Comes Hernanrus, cf.- Comes Nuno, cf.-  
Gunzalus de Maranon, cf.- Gunzalus Roderici, cf.-  
Iohannes, Tolletanus archiepiscopus, cf.- Guillelmus,  
secoriensis episcopus, cf.- Cerebrunus, Saguntinus, cf.-  
Iohannes, Oxomensis episcopus, cf.- Samtius, Avilensis  
episcopus, cf.- Reimundus, Palentinus episcopus cf.-  
Petrus, Burgensis episcopus, cf.- Petrus, Dei gratia  
Minduniensis episcopus et Compostellanus electus et  
maiordomus regis, cf.- Iohannes, Legionensis episcopus, cf.-  
Ordonius, Salamantinus, episcopus, cf.- Stephanus,  
Cemorensis episcopus, cf.

(Signo rodado.)'

(2<sup>a</sup> col.) Fernandus, Astoriensis episcopus, cf.-  
Gonzalus, Ovetensis episcopus, cf.- Iohannes, Lucensis  
episcopus, cf.- Petrus, Auriensis episcopus, cf.- Quarcius,  
Cauriensis episcopus, cf.- Comes Fernandus, cf.- Comes  
Ueascus, cf.- Comes Ramirus, cf.- Petrus Petris, cf.- Comes  
Alvarus, cf.- Fernandus Roderici, cf.- Poncius de Minerva,  
cf.-xxxxxx, cf.- I unus Aprilis, cf.

Ego Petrus, dictus Infantinus, notarius regis, per manum  
Roderici Fernandi, domini regis cancellarii, scripsi.

NOTAS

+ Signum Adefonsi (sic) regis Hispaniarum.

29

1163. agosto. León.

Fernando II da a su capellán Martín Muñoz media  
iglesia de San Julián de Almenara.

Fol. 193 r.-v.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 375.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 278.- GONZALEZ: Fernando II, pág. 175.

(Christus, alfa et omega.) In Dei nomine. Ego Fernandus,  
Dei Gratia Hispaniarum rex, facio textum et cartam et  
donacionis vobis capellano Martino Munionis, de medietate  
cuiusdam ecclesie Sancti Iuliani de Almenaras. Do siquid  
vobis iamdicho medietatem predicte ecclesie, que est

magnum, pro bono et honesto servicio quod mihi fecistis  
et facitis. Abhinc igitur habeatis eam, vendatis, donetis et  
iure hereditario cum omnibus directuris ad ipsam medietatem  
pertinentibus et a me firmiter cautam perpetim  
possideatis.

Si vero contra hoc utile et honestum scriptum mee  
donationis venire presumperit, iram omnipotentis Dei cum  
plenitudine indignacionis mee incurrat et, pro temeraria  
presumpcione, mihi vel vocem pulsanti regum C<sup>m</sup> libras auri  
pectet, insuper vobis vel voce vestre quod calumpniatus  
fuerit componat in duplo. Et hec donationis scriptura  
perpetuo semper robore et cauto fulciatur firmissimo.

Facta karta in Legione, sub era Ma CC I, mense augusti.  
Regnante domino rege Fernando in Tolleto et Stremadura,  
Legione, Gallecia et Asturie.

Ego Fernandus, Dei gratia Hispanorum rex, hoc scriptum  
quod fieri iussi propria manu roboro, sigillo meo confirmo.

(1<sup>a</sup> col.) Petrus, Minduniensis episcopus et  
Compostellanus electus, cf.- Iohannes, Legionensis  
episcopus, cf.- Gunzalvus, Ovetensis episcopus, cf.-  
Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Iohannes, Lucensis  
episcopus, cf.- Petrus, Auriensis episcopus, cf.

(Signo rodado),'

(2<sup>a</sup> col.) Fernandus Roderici, maiordomus regis, cf.-  
Comes Ramirus, cf.- Comes Petrus, cf.- Comes Alvarus, cf.-  
Comes Fernandus, cf.- Petrus de Minerva, - Fernandus Petri,  
signifer regis, cf.

Petrus dictus Infantinus, regis notarius, Roderico  
Fernandi, existente cancellario, scribi et cf.

NOTAS

+ Signum Fernandi regis Hispanorum.

30

1165. diciembre. 10.

El arzobispo de Santiago don Martín da al prior de  
San Juan da Cova la ermita de San Sebastián, en la  
isla de la Toja.

Fol. 182 r.-v.

EDIT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XXXVI.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pag. 281.- CAAMANO BOURNACEL:  
El Grove, págs. 142 y 177.

(Christus.)<sup>1</sup> Marinus. Dei gratia Compostellane ecclesie  
archiepiscopus<sup>2</sup>, et conventus canonicorum. Dilectis  
fratribus Didaco, priori, et relique congregationi ecclesie

Sancti Iohannis de Fovea, salutem. Orationis sancte studio  
insistere set aspere paupertatis angustia gravari, vos  
attendentes in oratione simus participes paupertati  
aliquamtulum subvenire decrevimus. Itaque, comuni<sup>m</sup> consilio  
et pari assensu, vobis et successoribus vestris imperpetuum  
donamus et concedimus hermitam illam que in terra Sancte  
Marie de Lanceata iacet, loco certo, in insula vocitata  
Luxo, ad focem Humie, iuxta Ogrove et inter Villarinum et  
Castrelum, que hermita vocatur Sanctus Sebastianus de Luxo.  
Hanc igitur hermitam, cum omnibus suis bonis et directuris,  
intus et extra, per suos terminos et divisiones antiquas,  
integre vobis et voci vestre donamus et donacionem nostram  
huius scripti pagina confirmamus ut ab hoc die et deinceps  
libere et quiete possideatis evo perhenni et seculo cuncto.

Si quis ulterius hoc nostrum spontaneum factum  
irru[m]pere presumpserit, auctoritate omnipotentis Dei et  
nostrri ordinis officio sit maledictus et excommunicatus.  
donec ad condignam satisfactionem venerit, insuper quod in  
calumpnia miserit vobis vel voci vestre duplicit componat et  
nobis et vobis milia solidorum pariat pro temeratis ausu. Et  
hec scripture semper habeat robur<sup>m</sup>.

Facta die IIII<sup>o</sup> nonas decembris, era Ma CC<sup>a</sup> III<sup>a</sup>.

Ego Martinus, Dei gratia ecclesie Compostellane  
archiepiscopus, hoc scriptum proprio signo cf. (Signo  
rodado.)

---

NOTAS

\* LOPEZ FERREIRO: falta el crismón.

\* ID.: gra. compostel. ecclesie arcieps.

\* ID.: attendentes ut.

\* ID.: communi.

\* ID.: in perpetuum.

\* ID.: falta desde huc hasta lobum.

\* Verbo Domini celi firmati sunt. Martinus archiepiscopus.

31

1165, diciembre, 31. Salamanca.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago el señorío  
de Deza.

Fols. 70 v.- 71 r.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 391.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. 1 XXV y pág. 271.-

GONZALEZ: Fernando II, pág 73.-ID.: Alfonso IX, I, pag 20.

(Christus alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu  
Christi amen. Inter cetera que regiam maiestatem decorare

videntur summa et precipua virtus est sancta loca et religiosas personas diligere et venerari, protegere et defendere et ea laicis dictare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare, ut dando terrena adipisci mereamur eterna et autem loca precipui honoranda sunt que sanctorum corporum humanatione insignita esse noscuntur. Huius siquidem rationis intuitu ego Ferdinandus, Dei gratia Yspaniarum rex, una cum uxore mea regina dompna Urraca, ecclesiam Compostellanam in qua patroni nostri gloriosissimi apostoli Iacobi corpus humatum requiescit, munerebus propriis ditare desiderans, dono per scriptum donacionis firmissimum imperpetuum valitum Deo et beato Iacobo et ecclesie sue Compostellane et vobis vnerabili episcopo dompno Petro, ipsius ecclesie procuratori, nechon et omnibus canonicis ibi Deo servientibus tam presentibus quam futuriis, totam Deçam cum omni iure regali per terminos suos novissimos et antiquos, videlicet quomodo dividit cum terminis de Castella et de Buval, de Montibus et Taveyrolos, de Cira et Ventosa, de Camba + de Dorra et ut ab hac die et deinceps prefatum honorem, videlicet Deçam totam ab integro habeatis cum omnibus directuris et pertinenciis suis cum omni iure et regia voce possideatis et omnem vestram voluntatem de illa faciat vos et omnes successores vestri iure hereditario imperpetuum vobis et ecclesie vestre Compostellane habendam concedo pro remedio anime mee et parentum meorum et ut si quid ego aut pater meus imperator contra pretaxatam ecclesiam fecimus, quod fieri minime

debuerat inconveniente gloriissimo apostolo nullam Dei omnipotentis incurramus offe[n]sem sed vitam consequamur eternam ipsumque apostolum semper patrui patronum inveniamur et propicium.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno vos aut ecclesiam Compostelianam super hoc nec facte voluntario et honesto inquietare vel molestare tempiaverit. iram Dei omnipotentis et reciam indignacionem incurrat et cum Iude Domini proditore et cum Datam et Abiron. quos vivos terra absorbuit. in inferno sit dampnatus et pro temerario ausu depedictie ecclesie et eius voci centum libras auri persolvat et quod invaserit duplet. Et hoc scriptum robur semper obtineat firmum.

Facta carta apud Salamanticam. pridie kalendarum ianuarii. era M<sup>A</sup> CCC<sup>II</sup>. Regnante rege domino Fernando Toleti. Extremadura. Legione. Galicia et Asturiis.

Ego dominus Fernandus. Dei gracia Hispaniarum rex. una cum uxore mea regina Urraca. hoc scriptum quod fieri iussi proprio roboro et confirmo.

Magister Petrus Suariz. Salamantinus electus et regis cancellarius. cf.

(la col.) Iohannes. Legionensis episcopus. cf.-  
Goncalvus. Ovetensis episcopus. cf.- Petrus. Auriensis  
episcopus. cf.- Iohannes. Lucensis episcopus. cf.-  
Fernanus. Asturicensis episcopus. cf.- Stephanus.  
Zemorensis episcopus. cf.- Suarius. Cauriensis episcopus.  
cf.

(Signo rodado.)<sup>1</sup>

(2a col.) Fernandus Roderic. maior domus regis. cf. - Comes Alvarus in Sarria. cf. - Comes Petrus in Asturias. cf. - Comes Ramirus in Beriz. cf. - Juanus Melendiz. signifer regis. cf. - Alvarus Roderici. tenens turres Legioni. cf. - Petrus Moniz. [cf.]. - Fernandus Odariz. cf. - Petrus Balzan. [cf.]. - Balasco Melendiz. cf.

Ego Petrus de Ponte, notarius regis, feci scribi et ci.

NOTAS

'Signum Fernandi regis Hispaniarum.'

32

1168. abril. 1. Lugo.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago el pueblo  
de Noya junto con otras mercedes.

Fols. 156 v.- 157 r.<sup>1</sup>

EDIT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. 38, segun Tumbo A -  
Documentos, en "E.M.P.", III (1949), page 227-228, segun

copie del Museo de Pontevedra, colección Castro-Sampedro.

TRAD.: LOPEZ FERREIRO: Fueros, I., págs. 159-161 (32.  
175-177).

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 400-401.

CT.: LOPEZ FERREIRO: II, IV, págs. 285-286.- VAZQUEZ  
NUNEZ: Allarie, pág. 19.

(Christus.) In nomine Sancte et in divinitate Trinitatis,  
que a fidelibus in una Deitate colitur et adoratur, ea que a  
regibus sive principibus ecclesiis et locis venerabilibus  
donantur litterarum testimonis et notulis sunt exprimenda  
nec post modum longo tractu temporis oblivioni tradantur.  
Noscat igitur presens etas et futuras quod ego Fernandus,  
Dei gratia rex Hispanorum, amore omnipotentis Dei et  
sanctissimi apostoli Iacobi, capitis et patroni nostri,  
dono et concedo vobis, fideli meo, domino Petro, electo  
Compostellano, ut novum burgum et portum edificetis et  
instituat in terra Sancti Iacobi, territorio Sancte  
Christine de Noya, in ripa fluvii Tamaris, ad honorem Dei  
et ecclesie predicte, que vos in patrem et pastorem elegit.  
Hic autem burgus sive portus de cetero Totum Bonum ab  
omnibus vocetur; et taliter instituc burgos, ut omnes cives  
Compostellani et quicumque ibi habitaverint aut proprias  
domos ibi habuerint nullum ibi reddant pedagium, sed, ut est

consuetudo, naves suum reddant portaticum et usitatum pedagium. Similiter et extranei iuxta morem et ritum aliorum portuum. Totus burgus sit veter sive villa, sicut Compostellana civitas, et omnium successorum vestrorum in perpetuum. De portatico vero navium medietatem parti mee regie et mihi soli retineo, promittens et statuens, quod nulli unquam alii persone, non comiti, non militi, sed tantum michi retinebo et conservabo. Et hec ea medietas unquam transferetur ad alios, nisi ad vos, aut ad successores vestros. Statuo etiam et mando populari burgum ad forum Compostelle, ut omnes in eo habitantes ita vivant et vobis cunctisque archiepiscopis Sancti Iacobi respondeant, sicut et cives compostellani. Adicio etiam quod a Faro usque ad hunc portum, quem Totum Bonum vocamus et ab hoc portu usque ad Sanctam Mariam de Lanceatam, vel etiam usque ad patronem, non sit illa proba consuetudo naufragii, qua omnes naufragi et naute, et naves, et omnes res suas dominis terre in aliis locis et portibus reddere coguntur; sicut' navis aliqua veniens ad portum Sancti Iacobi infra terminos assignatos naufragium et periculum passa fuerit, et navios et res omnes absque diminutio et inquietatione suorum sint dominorum. si maris tempestatem evadere poterint. Hoc sit tamen de navibus illis que ad portum apostoli venerint, non de aliis. Hoc etiam adiungo quod omnes incole et habitatores burgi illius memorati sint usalli (sic) vestri et archiepiscopi Compostellani, et nunquam alterius. Hoc ego facio ad restauracionem portus

apostoli.

Quod quicumque infringere vel perturbare temptaverit iram et indignacionem Dei et beati Iacobi cum excomunicacione<sup>19</sup> incurrat et regie maiestatis reus teneatur<sup>20</sup>, perpetuum exilium et suorum omnium amisionem patiatur. Et hec carta<sup>21</sup> semper robur obtineat.

Que facta est in urbe Lucense, sub era M<sup>a</sup> CCC<sup>a</sup> VI<sup>a</sup> et quotum V<sup>o</sup> idus aprilis. Regnante rege domno Fernando<sup>22</sup> Legione, Extremadura, Gallegia et Asturiis.

Ego Fernandus, Dei gratia rex Hyspanorum<sup>23</sup>, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(1<sup>a</sup> col.) Iohannes. Lucensis episcopus<sup>24</sup>.- Petrus. Auriensi episcopus.- Iohannes<sup>25</sup>, Legionensis episcopus.- Gunzalus, Ovetensis episcopus.- Fernandus Astoricensis episcopus.- Stephanus. Zemorensis episcopus.- Petrus. Salamantinus episcopus.- Suarius, Auriensis episcopus.

(Signo rodado.)<sup>26</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Comes Urgelensis<sup>27</sup>, maiordomus regis.- Comes Poncius dominans in Legione.- Comes Petrus dominans in Astriis<sup>28</sup>.- Comes Ramirus dominans in Berit<sup>29</sup>.- Comes Rodericus in Sarria.- Ramirus Poncii, signifer regis.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otras copia en Tumbo A, fol 48 v., SANTIAGO. A.H.D., leg.1.

carp. 5 mazo 1 y PONTEVEDRA, Museo, colección Casto  
Sampedro, C. 83, II.

\*LOPEZ FERREIRO: falta el crismón.

\*ID.: dantur.

\*Id.: sanctissimi.

\*ID.: Xristine.

\*ID.: Tamari.

\*ID.; de caetero.

\*ID.: portaticu.

\*ID.: promittens.

\*ID.: umquam.

\*ID.: mihi retineo.

\*ID.: numquam.

\*ID.: aut successores.

\*ID.: nautae.

\*ID.: res dominis terrae.

\*ID.: sed.

\*ID.: potuerint: la u borrada por expuntuación.

\*ID.: vassalli.

\*ID.: excommunicatione.

\*ID.: teneatur et perpetim.

\*ID.: haec carta.

\*ID.: Ferdinando.

\*ID.: Hispanorum.

\*ID.: eps. conf. Falta cf. en todas las columnas.

\*ID.: Iohannes.

\*Signum Fernandi regis Hyspaniarum.

2º ID.: Urgeilensis.

2º ID.: dnans Asturiiſ.

2º ID.: dnans Beriz.

33

1168, octubre, 31. León.

Fernando II confirma a la Iglesia de Santiago el  
privilegio de 10 de julio de 1168 por el que le daba  
la iglesia de Cuntis.

Fols. 186 v.- 187 r.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 403.

CT.: LOPEZ PERREIRO: H.C., IV, ap. XXXIX.

(Christus alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu  
Christi amen. Catholicorum regum decet celsitudinem sancta  
loca ac religiosas personas diligere ac venerari et eas  
largas dictare muneribus atque in prediis et possessionibus  
ampliare. Eapropter ego dominus Fernandus, Dei gratia  
Hyspaniarum rex, do Deo et Sancto Iacobo et vobis domno  
Petro, ecclesie Compostellane archiepiscopo, atque  
successoribus vestris, ecclesiam Sancte Marie de Caldas de

Contines, cum suo caracterio et cum quanto regalengo in ipso  
caracterio habeo, et cum omnibus suis appendiciis et cum  
aliis quinque ecclesiis, videlicet Sancta Maria de Truanes  
et Sancto Felice eut Sancto Mamete de Vimarei et Sancto  
Michaele de Cousello et Sancto Verissimo de Arcos, ut ab hac  
die et deinceps prefatas ecclesias habeatis, cum omnibus  
directuris, que ad ius regale pertineret et cum suis  
characteriis et cum omnibus regaliis, que ibi habeo vel  
habere debeo et cum omni voce regali et cum omnibus  
adiunctionibus suis, ubicumque invenire potuerint, et  
possideatis et omne velle vestrum de illis faciatis iure  
hereditario imperpetuum vobis habendas, dono et concedo pro  
remedio anime mee et meorumque parentum et pro bono servicio  
quod mihi fecistis et prc commutacione de Cauria que erat  
Sancti Iacobi et dedi eam con Templariis.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc meum  
factum irrumpere temptaverit iram Dei omnipotentis et regiam  
indignacionem incurrat et cum Iuda Domini preditore in  
infernum sit dampnatus, et pro temerario ausu parti regie C  
libras auri persolvat. Et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta Legione, pridie nonas novembris, era Ma CC<sup>æ</sup>  
VIA. Regnante rege domno Fernando Legione, Extremadura.  
Gallecia et Asturiis.

Ego dominus Fernandus. Dei gratia Hispaniarum rex, hoc  
scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(Signo rodado.)<sup>1</sup>

Iohannes Legionis (sic) episcopus, cf.- Fernandus,

Astoricensis episcopus, cf.- Gunzalvus, Ovetensis episcopus,  
cf.- Stephanus. Zemorensis episcopus, cf.- Petrus.  
Salamantinus episcopus, cf.- Iohannes. Lucensis episcopus,  
cf.- Petrus. Auriensis episcopus. cf.- Dominicus.  
Caliabriensis episcopus, cf.- Comes Urgelensis. maiordomus  
regis<sup>2</sup>.- Comes Petrus dominans in Asturiis, cf.- Comes  
Ramirus in Beriz.- Comes Rodericus in Sarria.- Garsia  
Ramirez, signiffer regis.

Petrus. Compostellane ecclesie magister scollarum.  
cancellarius regis. Pellagius Guterri, notarius, cf.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Signum Fernandi regis Hispaniarum.

<sup>2</sup>Falta el signo cf en nobles.

[1169], marzo, 18. Santiago.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago el castillo  
de Cadofeita, rescatado de manos de los portugueses.

EDIT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. 41, con fecha 1170.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág 406.

CT.: SANDOVAL: Antiguedades, pag. 134.- GANDARA: Armas y Triunfos, págs. 179-180.- ID.: Nobiliario, pag. 1246.- FLOREZ: E.S., XVIII, pag 134.-LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs 288-299.

(Christus, alfa et omega.)? In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Inter cetera que regiam maiestatem decorare videntur summa et precipua virtus est sancta loca et religiosas personas diligere ac venerari et eas largis dictare<sup>4</sup> muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare et ea precipue que sanctorum reliquiis corporum insignita esse dignoscitur<sup>5</sup>. Hinc est quod ego dominus<sup>6</sup> Fernandus, Dei gratia Hispanie rex, ecclesiam Compostellanam que gloriosissimi patroni nostri apostoli Iacobi corpore decorata est, toto mentis affectu venerari desiderans, do eidem ecclesie<sup>7</sup> et vobis dilecto nostro domino<sup>8</sup> Petro, iamdicte ecclesie reverentissimo archiepiscopo, et omnibus successoribus vestris, castellum de Citofacta per terminos suos novissimos et antiquos, cum omni suo regalengo et honore et carectorio septem ecclesiarum et cum iurisdicione<sup>9</sup> et reverencia monasterii Sancti Iohannis de Podio et monasterii Sancti Salvatoris de Lerze<sup>10</sup>, videlicet quomodo

dividit per cacumen montis de Custodiis et inde per cacumen  
montis de Castrove et inde quomodo ferit per saltum de Oidi  
et inde per montem de Bazar et inde per Sanctum Iohannem de  
Ramo et inde quomodo dividit de terra de illa fraga et inde  
quomodo intercluditur per flumen Lerze et ferit ibi. Ab hac  
ergo die et deinceps pretaxatum castellum cum omni iure suo  
sicut superius determinatum est vobis sepe nominato  
archiepiscopo et ecclesie vestre successoribus vestris iure  
hereditario imperpetuum habendum dono et presentis scripti  
pagina concedo<sup>11</sup> ob remedium anime mee et parentum meorum  
necnon intuitu miraculi quod, in obsessione<sup>12</sup> commemorati  
castelli, beatissimus apostolus Iacobus nobis divinitus  
revellavit<sup>13</sup>. Cum si quidem sepelictum castellum ab hoste  
nostro rege Portugalensi nostris incautis caperetur nos,  
congregato<sup>14</sup> exercitu, idem castellum obsedimus<sup>15</sup>. Ceterum<sup>16</sup>,  
supervenientibus himbris<sup>17</sup> ac tempestate, castellum  
expugnare nobis non licebat ac gratia divina nobis non  
defuit. Nam guidam<sup>18</sup>, obscurissima nocte, turris castelli  
fulmine percussa cecidit, omnes sagitarios interficit  
millitesque<sup>19</sup> ita terruit ac perturavit, quod sequenti die  
castellum sine vulnere et lesione nostrorum intravimus, quod  
ideo telitus contigisse credimus, quia multis ante in  
somnis<sup>20</sup> eo modo quo contigit, revealatum<sup>21</sup> est.

Si quis igitur tam de genere nostro quam de alieno hoc  
nostrum voluntarium factum irrumpere temptaverit, iram Dei  
omnipotentis et regiam indignacionem incurrat et cum Iuda  
Domini proditore et c. Datan et Abiron, quos vivos terra

absorbuit, in inferno sit damnatus et, pro temerario ausu,  
vobis et ecclesie vestre centum libras auri persolvat, et  
quod invaserit in quadruplum reddat. Et hoc scriptum robur  
firmum semper obtineat<sup>22</sup>.

Facta carta<sup>23</sup> Compostelle, XV kalendarum<sup>24</sup> aprilis, era  
Ma CC<sup>25</sup> VIII<sup>a</sup>. Regnante eodem famosissimo rege domino Fernande  
Legione, Extremadura, Gallicia<sup>26</sup> et Asturiis.

Ego dominus Fernandus. Dei gratia Hispaniarum rex. hoc  
scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(Signo rodado)<sup>27</sup>

(En columna): Iohannes, Legionensis episcopus, cf.-  
Gundisalvus, Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus,  
Astoricensis<sup>28</sup> episcopus, cf.- Stephanus, Cemorenensis  
episcopus, cf.- Petrus, Sallamantinus<sup>29</sup> episcopus, cf.-  
Iohannes, Lucensis episcopus, cf.- Petrus, Auriensis  
episcopus, cf.- Dominicus, Calabriensis episcopus, cf.-  
Comes Urgellensis. maiordomus regis, cf.- Comes Petrus,  
dominans in Asturiis, cf.- Comes Ranemirus, in Beriz, cf.-  
Comes Rudericus, in Sarriam, cf.- Fernandus Ruderici<sup>30</sup>,  
tenens turres Legionis. cf.- Alvarus Ruderici, cf.- Gomes  
Gunzalviz<sup>31</sup>, tenens Trastamarum, cf.- Garsia Ramirez,  
signifer regis, cf.

Ego Petrus de Ponte, domini regis notarius, magistro  
scollarum cancellario<sup>32</sup>, feci scribi et cf.

---

NOTAS

\* Otras copias en Tumbo A., fol. 50 v-51 r. y MADRID A.H.N.,

Consejos, leg. 4202, 1, fol 136.

\* LOPEZ FERREIRO: falta el crismón.

\* ID.: nostri xpti.

\* ID.: ditare.

\* ID.: cognoscuntur.

\* ID.: dominus.

\* Borrado por expuntuación et vobis.

\* LOPEZ FERREIRO: meo domino.

\* ID.: iurisdictione.

\* ID.: Lerce.

\* ID.: Falta desde Ab hac hasta concedo.

\* ID.: offesione.

\* ID.: Revelavit.

\* En texto congregatio e i cancelada.

\* LOPEZ FERREIRO intercala desde quo in loco... quid plura,

tomándolo de Tumbo A.

\* ID.: caeterum.

\* ID.: imbribus.

\* ID.: nam quadam.

\* ID.: interfecit militesque.

\* ID.: somnis.

\* ID.: revelatum.

\* ID.: falta desde igitur hasta obtineat.

- 23 ID.: carta.
- 24 ID.: kalendas.
- 25 ID.: Galecia.
- 26 Signum Fernandi regis Hispaniarum.
- 27 LOPEZ FERREIRO: Asturicensis.
- 28 ID.: Salamantinus.
- 29 ID.: iudicis.
- 30 ID.: Gomez Gundisalvi.
- 31 ID.: magister scolarum cancellarius.

35

1169, julio, C. Santiago.

Estatuto del Cabildo de Santiago en favor de los  
prebendados que se dedicaban a los estudios.

Fols. 143 v.-144 r. inserto en documento de 1207. febrero.

8<sup>1</sup>.

EDIT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XL con fol. 43 v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág 293.- DIAZ Y DIAZ:  
Problemas de la cultura, pags 193-195, con fol. 43 v.

Ecclesiastice maiestati vires ecclesiasticis invigilare.  
qu[a]nto magis est neccesario, tanto devotius insistendum.

Et quoniam ecclesie status per litteratos et sapientes qui  
bonis moribus luceant, optime conservatur. dignum est, in  
quantum possibilitas patitur, nonnullas que studiosis et  
liberalibus ecclesiarum filiis necesse tates adversantur.  
Averti sunt enim plures, qui licet studendi propositum  
integro animo gerunt, tamen paupertatis mole depresso, ad  
quod spirant, aspirare non possunt. Inde fit ut nonnumquam  
virtutis intentio langueat, et ubi novitatem liberalitatis  
inopia exercitium vetat, ea propter nos, ecclesie  
Compostellane canonici plena cum devotioni de statu nostro  
deliberant disciplinam colendam. iudicavimus, nostrisque  
fratribus qui studia bonarum arcium vellent amplecti, de  
communi nostro sine gravamine providere studuimus.  
Impetrato itaque liberali ac devoto sensu pii patris  
archiepiscopi domini Petri secundi, statuimus pariter et  
scripture testimonio decrevimus confirmandum, ut clerici de  
canonica nostra numeratos et ecclesie nostre mansionarii ad  
studium litterarum amelantes, dum iuxta terminum sibi a  
capitulo constitutum in litterature studiis honeste  
manserit, ubicumque de mense nostre denariis quos de honore  
altaris tantummodo ad victimum communem constiterit  
pertinere, equalem semper cum int' ecclesia manentibus  
percipient per suos vicarios portionem, quatinus ex  
parte victa in dia ad colendam disciplinam p omptiores  
intendant et tamquam infelicem embolam miseri virtutis cultum  
moribus expeditis excipient. Sic enim ecclesia nostra in  
melius crescens tanquam mater de filio sapiente letabitur.

et cum boni heredes successerent, integratatis sue non  
mutilabitur status: atque hoc scilicet modo de mansionariis  
nostris qui nobiscum portare solent, pondus diei et estus  
dum pro facto iste que ecclesie nostre vel nobis  
detrimentum neque quod modicum omnibus vitandum est<sup>11</sup>.  
emerserit scandalum sub hac prouida et salubre  
contemplatione, decernimus observandum. Nam quicumque alius  
vel gravitate potentie sue vel generis elacione<sup>12</sup> seu per  
alicus<sup>13</sup> potentis preces porrectas sive<sup>14</sup> per cavillationem  
aliquam super hac dispensatione litigans<sup>15</sup>, tam legitimam et  
necessariam institutionem perturbare attemptaverit,  
videlicet, ut sicut unus de mansionariis<sup>16</sup> nostris predictis  
misericordie et honestatis impensam<sup>17</sup> sibi usurpare non  
minus imprudenter quam imprudenter<sup>18</sup> contendat, a societate  
nostra alienum et ecclesie nostre beneficio<sup>19</sup> omnino  
privatum, auctoritate et confirmatione excommunicatum se<sup>20</sup>  
cognoscat. Si qui vero de nostris, quod absit, voluntate  
laxius discurrendi imaginariam studendi actionem<sup>21</sup>  
precenderint, quam cito audita<sup>22</sup> fuerint minus, honeste in  
absencia conversari per litteras capituli a studio simulato  
revocando<sup>23</sup> censemus, et si ad primam vocationem<sup>24</sup> reddire  
distulerint, statim predicto privandos iudicamus  
beneficio<sup>25</sup>, quounque de eis vindica<sup>26</sup> relatione honestam  
vitam et ad studendum relicitam<sup>27</sup> intent nem cognoscamus.  
Utque hoc nostrum sine litoris macula factum<sup>28</sup> perpetu  
robore maneat<sup>29</sup> convulsum, scripti presentis paginam  
subscriptionis propriis in testimonium observationis

communimus.

Facta scripture serie III<sup>o</sup> kalendas augusti, sub era Ma  
CCA VII<sup>a</sup>, per eminentem auctoritatem et confirmationem  
begnini<sup>\*\*</sup> patris nostri archiepiscopi domini Petri secundi.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en SANTIAGO, A. C., Constituciones 2, fol. 2.

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO: possibilitatis.

<sup>3</sup>ID.: id.

<sup>4</sup>ID.: langueat ubi.

<sup>5</sup>ID.: comuni.

<sup>6</sup>ID.: patris nostri archiespi. domi.

<sup>7</sup>ID.: literature.

<sup>8</sup>ID.: manserint.

<sup>9</sup>ID.: vitum comunem.

<sup>10</sup>ID.: aliis.

<sup>11</sup>ID.: vicarios.

<sup>12</sup>ID.: statutos.

<sup>13</sup>ID.: isto ne ecclesiae vel.

<sup>14</sup>ID.. vitandum est cum.

<sup>15</sup>ID.: elatione.

<sup>16</sup>ID.: alicuius.

<sup>17</sup>ID.: sue.

<sup>18</sup>ID.: litigans.

- <sup>19</sup>ID.: mansonariis.  
<sup>20</sup>ID.: impensam.  
<sup>21</sup>ID.: imprudenter quam imprudenter.  
<sup>22</sup>ID.: beneficio.  
<sup>23</sup>ID.: sese.  
<sup>24</sup>ID.: occasionem.  
<sup>25</sup>ID.: auditio.  
<sup>26</sup>ID.: revocandos.  
<sup>27</sup>ID.: vocationem.  
<sup>28</sup>ID.: beneficio.  
<sup>29</sup>ID.: iuridica.  
<sup>30</sup>ID.: solicitam.  
<sup>31</sup>ID.: statutum.  
<sup>32</sup>ID.: maneat in.  
<sup>33</sup>ID.: benigni.  
<sup>34</sup>ID.: dni.
- 

1170, setiembre, 27. Afani.

Alejandro III confirma a la Iglesia de Santiago  
todas sus posesiones y en especial Dega, Cuntis y  
Cedofeita.

Fols. 264 v.-265 v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 289-290.- CANIZARES:  
Lalin, páq. 214.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, Venerabili  
fratri Petro, Compostellane ecclesie archiepiscopo, eiusque  
successoribus canonice substituendis in perpetuum. Cum ex  
iniuncto nobis a Deo apostolatus officio quo cunctis Christi  
fidelibus et superni dispositione arbitrii preminentis  
singulorum paci et tranquillitati debeamus intendere,  
presertim pro illorum quiete oportet nos esse sollicitos qui  
pastorali dignitate sunt predicti, et ad officium  
pontificale promoti, nisi enim nos eorum utilitatibus  
intendentes ipsorum dignitates et iura, in quantum, Deo  
permittente, possumus, integra conservemus et auctoritate  
apostolica eos ab iniquorum hominum incursibus defendamus,  
de illorum salute non vere poterunt esse solliciti qui sibi  
ad regendum Domino sunt disponente commissi. Huius itaque  
rei consideratione, venerabilis in Christo frater  
archiepiscope provocati tuis iustis postulationibus dementer  
annuimus et preffatam ecclesiam, qui, Deo auctore, preesse  
dinosceris, sub beati Petri et nostra prolictione suscipimus  
et presentis scripti privilegio communimus; statuentes ut  
quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in  
presentiarum iusete et canonice possidet aut in futurum  
concessione pontificum, largitione regum vel principum.

oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante  
Domino, poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus  
et illibata permaneat. Preterea totam terram que Decia  
vocatur<sup>1</sup>, que est contigua terre beati Iacobi, cum omnibus  
pertinenciis cuius ubi sunt octoginta ecclesie et castellum,  
quod dicitur Citofactum, ubi sunt septem ecclesie et  
medietatem burgi de Faro, cum omnibus pertinenciis eorum;  
terram quoque que dicitur Sancta Maria de Termis ubi sunt  
quinque ecclesie, quemadmodum karissimus in Christo filius  
noster, Fernandus illustris Yspaniarum rex, commisso tibi  
ecclesie pia et rationabili largitione in elemosinam  
contulit et scripto proprio roboravit tibi et successoribus  
tuis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica  
confirmamus. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat  
prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones  
auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet  
vexationibus fatigare, set illibata omnia et integra  
conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione  
concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis  
apostolice auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve  
persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra  
eam temere venire temptaverit, secundo illeve commonoita,  
nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit,  
potestatis honorisque suis dignitate careat reamque se  
divino iudicio existere deperpetrata iniuritate cognoscat et  
a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris

nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine  
districte ultione subiaceat. cunctis autem, eidem loco sua  
iura servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi  
quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud  
districtum iudicem premia sterne pacie inveniant. Amen,  
amen, amen.

(R.)<sup>2</sup> Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, ss. (BN.)

(En columna) Ego Hubaldus, presbiteri cardinalis tituli  
Sancte Crucis in Iherusalem, ss.- Ego Iohannes, presbiteri  
cardinalis Sanctorum Iohannis et Pauli tituli Pamachii,  
ss.- Ego Albertus, presbiteri cardinalis tituli Sancti  
Laurencii in Lutina, ss.- Ego Boso, presbiteri cardinalis  
Sante Ludentiare tituli pastoris, ss.- Ego Petrus,  
presbiteri cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaso,  
ss.- Ego Iohannes, presbiteri cardinalis tituli Sancti  
Marci, ss.- Ego Theodinus, presbiteri cardinalis Sancti  
Vitælis tituli Vestine, ss.- Ego Iacinctus, diaconus  
cardinalis Sancte Marie in Cosmidin, ss.- Ego Ardicio,  
diaconus cardinalis Sancti Theodori, ss.- Ego Cinthyus,  
diaconus cardinalis Sancti Adriani, ss.- Ego Hugo, diaconus  
cardinalis Sancti Haustaucii iuxta templum Agreippe, ss.-  
Ego Vitellus, diaconus cardinalis Sanctorum XXX.- Ego  
Petrus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Aquiro, ss.

Datum Anagni per manum Gratiani, Sancte Romane Ecclesie  
subdiaconi et notarii, V kalendas october, indictione IIII.  
Incarnationis Dominice anno Mo CQ LXXII, pontificatus vero  
domini Alexандri pape III anno duodecimo.

NOTAS

<sup>1</sup> Se repite que Decia vocatur y se borra por expuntuacion.

<sup>2</sup> + Vias tuas Domine, demonstra mihi. Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Alexander pape III.

37

1170, octubre, 21. Zamora.

Fernando II promete al arzobispo de Santiago  
ponerlo en posesión de la ciudad de Mérida, cuando  
sea reconquistada.

Fols. 121 v.-122 r.'

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XLII, según Tumbo A.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 416.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 290.- MILLARES:

Cancillería, pág. 242.- GONZALEZ: Fernando II, pág. 173.-

ID.: Alfonso IX, pág. 22.- PORTELA PAZOS: Anotaciones, págs.

90-91.- MANSILLA: Formación, pág. 90.- VONES: Die

"Historia", págs. 504-505. n.84.

(Christus alfa et omega). In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Fernandus, Dei gratia Hispaniarum rex, Petro, eadem Compostellane ecclesie reverentissimo archiepiscopo, et universo eiusdem ecclesie capitulo, salutem. Quia ex deliberatione Sancte Romane Ecclesie predece<sup>r</sup>sor superne dispositionis dispensatori heridine, avus meus, beate recordationis pape Calixtus, meritis et reverencia beatissimi Iacobi apostoli, dignitatem archiepiscopatus Hemeretensis ecclesie in Compostellanam ecclesiam habendam perpetuo transmutavit. Et quia pater meus Adefonsus, inclite recordationis. Hispanie imperator, predictam Hemeretensem civitatem, cum onibus suis antiquis terminis, cstris ceterisque appendiciis, Compostellane ecclesie iure hereditario in perpetuum dedit et concessit. Nos tam preclarum tamque laudabile factum genitoris nostri inconvulsum permanere desiderantes, predictam civitatem Hemeretensem, licet a sarracinis sit possessa, cum onibus suis terminis et debit is, castris ceterisque appendiciis necnon et cum omnibus que ad ius regale pertinent, vel pertinere debent, vobis prefato archiepiscopo omnibusque successoribus vestris, favente episcoporum ac principum regni nostri consilio, donamus et imperpetuum habendam concedimus, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum et cum gratia Dei opitulante a sarracenorum occupatione fuerit deliberata, eam cum omni iure suo in ius possessorium

Compostellane<sup>is</sup> ecclesie, nullo interviniente obstaculo, mandamus et concedimus transire. Nam sicut predictus pater noster Adefonsus<sup>is</sup>, inclite recordationis imperator, avi et proavi nostris, amplissimis donis videlicet, castris et aliis diversis possessionibus, gloriosissimi patroni nostri apostoli Iacobi, de cuius patrocinio confidentes sarracenos inpugnare et expugnare<sup>is</sup>, disposuimus ecclesiam augmentare et amplificare ad salutem animarum suarum studuerunt; ita nos, confidentes de Dei misericordia, predictum locum apostoli sublimare et exaltare cupimus et promittimus eos in bonis actibus imitantes.

Si quis igitur tam de nostro genere quam de alieno hoc scriptum irrupere presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat ei cum iude, Deo proditore, in inferno sit damnatus et, pro temerarii ausu, parti regie et ecclesie Compostellane mille libras auri persolvat. Et hoc scriptum semper maneat firmum<sup>is</sup>.

Facta karta apud Zamoram, XII<sup>o</sup> kalendas novembris, era M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, anno ab incarnatione Domini millesimo<sup>is</sup> CLXX<sup>o</sup>. Regnate rege domino Fernando Legione, Extremadura, Gallecia et Asturiis.

Ego dominus Fernandus, Dei gratia Hispaniarum rex, hoc scriptum proprio robore cf.<sup>is</sup>.

(1<sup>a</sup> col.) Iohannes, Legiensis episcopus, cf.- Gonzalvus, Ovetensis episcopus, cf.- Stephanus, Zamorensis episcopus, cf.- Iohannes, Mindoniensis<sup>is</sup> episcopus, cf.- Petrus, Cauriensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis

episcopus, cf.- Iohannes, Lucensis episcopus, cf.- Petrus,  
Salamantinus episcopus, cf.- Iohannes, Tudensis episcopus,  
cf.- Dominicus, Callabriensis<sup>20</sup> episcopus, cf.

(Signo rodado.)<sup>21</sup>

(2<sup>a</sup> col.) Comes Urgellensis, maierdomus regis, [cf.].-  
Comes Rodericus in Sarria, cf.- Comes Gomet in Trastamar<sup>22</sup>,  
cf.- Comes Afonsus in Asturias, cf.- Fernandus Roderici,  
dominans in Legione, [cf.].- Alvarus Roderici, cf.- Petrus  
Roderici, cf.- Goterrus Roderici, cf.- Garsia Ramiri<sup>23</sup>,  
signifer regis, cf.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otras copias en Tumbo A, foli. 49 v.-50 r. y MADRID,  
A.H.N., San Marcos.

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO: falta crismón.

<sup>3</sup>ID.: dni. nostri ihu. Xpi.

<sup>4</sup>ID.: archiepo.

<sup>5</sup>ID.: sce...perdue.

<sup>6</sup>ID.: bte.

<sup>7</sup>ID.: bni. Iacobi apii.

<sup>8</sup>ID.: compostellanam.

<sup>9</sup>ID.: Hispanie.

<sup>10</sup>ID.: in perpetuum.

<sup>11</sup>ID.: nostrorum.

- \* ID.: falta Dei.
- \* ID.: compostellane.
- \* ID.: noster et inclite.
- \* ID.: expugnare et expugni.
- \* ID.: falta desde si quis hasta maneat firmum.
- \* ID.: milesimo.
- \* ID.: falta desde regnante hasta rebole, et.
- \* ID.: Minduniensis.
- \* ID.: Calubriensis.
- \* Signum Fernandi regis Hyspaniarum.
- \* LOPEZ FERREIRO: Gomez in Trastamara.
- \* ID.: Ramiriz.

38

1170, diciembre, 22. Ciudad Rodrigo.

Fernando II dona a la Iglesia de Santiago el  
castillo de Alburquerque y la ciudad de Aramenia.

Fols. 3 v.- 4 r.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. XLIV, según Tumbo A.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pag. 417, como en fol. 1 v<sup>o</sup>.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pag. 290.

(Christus alfa et omega)". In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Inter cetera que regiam maiestatem decorare videntur summa et precipua virtus est sancta loca ac religiosas personas diligere et venerari et eas largis dictare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare. Eapropter ego dominus Fernandus, Dei gracia Hyspaniarum rex, do Deo et beato Iacobo et vobis domino Petro, Composteliane ecclesie archiepiscopo, omnibusque successoribus vestris Castellum Albuquerque, per serram Sancti Petri et per serram d-Albanel, quomodo ferit in Tagum et quomodo fluvium Sever cadit in eundem Tagum. Do etiam vobis et ecclesie vestre, cum iamdicte castello, civitatem Aramenie cum cunctis terminis eidem civitati pertinentibus, videlicet, quomodo ferit Uguela in Xevora et ex inde in directum ad caput de Luvelega et postea vadit per Zafranafra, in cuius terminum currit flumen Azagala per caput de Suerio Pelagii usque ad portum de Cabanelas. Hoc si quidem castellum cum supradictis do et concedo Deo et beato Iacobo et vobis iamdicte archiepiscopo atque successoribus vestris", ob remedium anime mee et parentum meorum et obsequii vestri, multitudine quod michi ab ipsis cunabulis indesinenter et fideliter exhibuistis, et ut iure hereditario possideatis hereditario perpetuo scripto roboro. Si quis igitur tan de meo quam de alieno genere hoc utile et voluntarium factum infringere vel inquietare

presumpserit. iram creatoris et maledictionem beati Iacobi sentiat, cum indignatione regia. et vobis insuper, pro temeraria presumpcione, vel vocem vestram obtinenti, centum libras auri. Et hec scriptura semper maneat stabilis.<sup>12</sup>

Facta karta in Civitate Roderici. XI<sup>o</sup> kalendas<sup>13</sup> ianuarii, sub era M<sup>g</sup> CC<sup>g</sup> VIII. Regnante rex domno Fernando Legione, Extremadura, Gallicia et Asturiis.

Ego dominus Fernandus. Dei gracia rex Hyspaniarum, hoc scriptum proprio robore confirmo<sup>14</sup>.

(1<sup>a</sup> col.) Iohannes, Legionensis episcopus. cf.- Gonzalvus, Ovetensis episcopus. cf.- Iohannes, Lucensis episcopus. cf.- Petrus, Salamantinus episcopus. cf.- Iohannes, Migdoniensis episcopus. cf.- Fernandus, Astoriensis episcopus, cf.- Stephanus, Zemorensis episcopus. cf.- Adan, Auriensis episcopus. cf.- Iohannes, Tudensis episcopus, cf.- Petrus, Cauriensis episcopus, cf.

(Signo rodado)<sup>15</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Comes Urgellensis. maiorodus regis<sup>16</sup>, cf.- Comes Rodericus. dominans in Sarria. cf.- Comes Gomez. dominans<sup>17</sup> in Trastamar. cf.- Comes Alfonsus<sup>18</sup>. dominans in Asturiis. cf.- Fernandus Roderici in Legione. cf.- Alvarus Ruderici<sup>19</sup>.- Goter Roderici<sup>20</sup>.- Petrus Roderici<sup>21</sup>.

Ego Pelagius Goterii<sup>22</sup>, notarius regis, per manum Petri de Ponte, scripsi et cf.

NOTAS

\* Otra copia en Tumulo A. fol. 49 r.+v.

\* LOPEZ FERREIRO: Falta crismón.

\* ID.: falta desde nostri Ihesu hasta sepropter

\* ID.: dns.

\* ID.: Hispaniarum.

\* ID.: archiepo.

\* ID.: Alburquerque.

\* ID.: eundem.

\* ID.: Aramenia.

\* ID.: falta desde vilelicet hasta vestris.

\* ID.: cunabilis.

\* ID.: falta desde Si quis hasta stabiliſ.

\* ID.: kls.

\* ID.: falta desde regnante hasta robore cf.

\* Signum Fernandi regis Hispaniarum.

\* LOPEZ FERREIRO: Urgelensis., maiordomus. cf.

\* ID.: falta dominans.

\* ID.: Adefonsus.

\* ID.: Ruderici.

\* ID.: Guterrius Ruderici.

\* ID.: Ruderici.

\* ID.: Goterri.

117., julio, 8, Ledesma.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago el  
castillo de Lobeira con toda su honra.

Fols. 32 v.- 33 r.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 420.

CT.: GONZALEZ. Fernando II, pág. 15.- ID.: Alfonso IX, pág.  
22.

(Christus.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen.

Inter cetera que regiam maiestatem decorare videntur summa  
et precipua virtus est sancta loca ac religiosas personas  
diligere et venerari et eas largis dictare munieribus atque  
in prediis et possessionibus ampliare, ut dando terrena  
adipisci mereantur eterna. Eapropter ego dominus Fernandus,  
Dei gracia Hispaniarum rex, una cum amore mea regna domna  
Urracha et cum filio meo rege Alfonso, per scriptum  
donacionis firmissimum in perpetuum valitum, do De et  
ecclesie gloriosissimi patroni nostri apostoli Iacobi et  
vobis dilecto nostro domino Petro, eiusdem ecclesie  
venerabili archiepiscopo, et omnibus successoribus vestris,  
castellum de Luparia, cum tuto sue honore, videlicet quomodo  
dividit cum Citefacta et cum Sancta Maria de Langada et ex

alia parte cum honore castellii de Honestis et inde quomodo  
dividit cum Caldas de Cunctis. Ut ergo ab hac die et  
deinceps prefatum castellum habeatis, cum omnibus suis  
pertrinenciis et cum omni iure suo, sicut hodie habet vel  
habere debet, vos et omnes successores vestri iure  
hereditario et enim imperpetuum habendum vobis et ecclesie  
vestre dono et concedo, pro remedio anime mee et parentum  
meorum et pro bono servicio quod de vobis iamdicto  
archiepiscopate recepimus.

Si quis igitur tam de genere nostro quam de alieno hoc  
nostrum spontaneum factum infringere temptaverit, iram Dei  
omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et cum Iude  
Domini predictore et cum Datan et Abiron, quos vivos terra  
absorbuit, in inferno penas luat eternas et insuper  
commemorate ecclesie vel vocem eius pulsanti centum libras  
auri persolvat. Et hoc nostrum factum semper maneat firmum.

Facta karta apud Ledesmam, VIII idus juli, era Ma CC<sup>a</sup>  
VIIIA. Regnante rege domino Fernando Leglone, Extrematura,  
Gallecia et Asturiis.

Ego dominus Fernandus, Dei gracie Hispaniarum rex, hoc  
scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(la col.) Iohannes, Legionensis episcopus, cf.-  
Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Petrus, Salamanicus  
episcopus, cf.- Adan, Auriensis episcopus, cf.- Iohannes,  
Tudensis episcopus, cf.- Petrus, Cauriensis episcopus, cf.-  
Gonzalvus, Ovetensis episcopus, cf.- Stephanus, Zemorensis  
episcopus, cf.

(Signo rodado.)<sup>1</sup>

(2º col.) Iohannes. Lucensis episcopus. cf.- Iohannes. Mindoniensis episcopus. cf.- Dominicus. Calabriensis episcopus. cf.- Comes Urgellensis. maiordomus regis. cf.- Fernandus Roderici. dominans in Legione. cf.- Comes Gomez. dominans in Trastamar. cf.- Comes Alfoncus. dominans in Asturiis. cf.- Alvarus Roderici. - Petrus Roderici. - Goterius Roderici. cf.

Ego Pelagius Goterri. per manum Petri de Ponte. scripsi  
(sic) et cf.

---

NOTAS

<sup>1</sup> Signum Fernandi regis Hispaniarum.

40

1174, julio, 28. Añani.

Alejandro III recibe bajo su protección a la Iglesia de Santiago, con todas sus posesiones e immunidades.

Fols. 238 r.- 239 r.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pag. 322.

Alexander episcopus, servus servorum Dei. Venerabili  
fratri Petro, Compostellano archiepiscopo, eiusque  
successoribus canonice sustituendis, in perpetuum, in  
eminenti apostolice sedis specula, disponente Domino,  
constituti fratres nostros episcopos ex iniusto nobis  
apostolatus officio fraterna caritate diligere et ecclesiis  
sibi a Deo commissis, suam dignitatem et iusticiam  
conservare. Earopter venerabilis in Christo frater Petre,  
archiepiscope, rationabilibus tuis postulationibus gratum  
impartientes assensum ad exemplar predecessorum nostrorum  
felicis memorie, Calixti et Anastasii, romanorum pontificum,  
sanctam Compostellanam beati Iacobi ecclesiam cuius in ea  
venerandissimum corpus est positum apostolice sedis  
privilegio communimus et ob ipsius à Deo electi apostoli  
reverenciam archiepiscopalim cathedre dignitatem quam  
opulentissima quondam et famosi nominis Emeritana civitas  
priusquam peccatis exigentibus ab impia sarracenorum  
tiranide possideretur, habuisse dignoscitur. presentis  
scripti pagina in perpetuum confirmamus, statuentes in eadem  
Emeritana civitas Compostellane civitati sicut sue metropoli  
perpetuis maneat subiecta temporibus. omnem quoque  
pontificalis officii prioritudinem quam ipsius Emeritane  
ecclesie antistes antiquitus habuerunt, Compostellane pres

- l

 ecclesie integre semper quieteque obtineat, suffraganei vero

episcopi Emeritane metropolis. Salamancaensis. videlicet  
Avilensis. Cauriensis. Uixbonensis. Evorensis. et ceteri  
qui eidem Emerite olim subjecti fuisse noscuntur.  
Compostellano archiepiscopo cuius consecratio ad romanam  
tantum spectat ecclesiam. obedientiam et reverenciam tanquam  
proprio metropolitano prorsus exhibeant. Ipse autem illos  
consecrandi ad sua concilia convocandi cum ipsis etiam  
ecclesiastica negocia terminandi et eorum ecclesias  
disponendi auctoritate sedis apostolice liberam omnino  
habeat facultatem. Ad huc predecessorum nostrorum sancte  
recordacionis. Eugenii pape. et predicti Anastasii.  
vestigiis inherentis ad maiorem ipsius ecclesie dignitatem  
et persone reverendum vexillum vivifice crucis per sub  
dictam tibi provinciam ante te defferendi tam tibi quam tuis  
successoribus ex apostolice sedis benignitate licenciam  
propter populorum frequenciam qui ad sanctissimi apostoli  
memoriam undique confluunt et concurrunt, in orbis  
spectaculo posita esse dignoscitur, magis reddidisti in ipsa  
ordinacione spectabilem et lucis atque honestatis exempla  
monstrando super omnes que in circuitu sunt religiose  
institutionis merito clarioram, in primis si quidem viissa  
est ipsius ordinationis series continere ut prohibistis

asignationibus vel promissionibus nondum vacantium  
prebendarum septimanis que loco prebendarum sive divisio  
imperpetuum debeat interdici quia occasione divisionis  
coniungebat intollerabiliter numerum canonicorum augeri. Tota  
etiam diocesi que antea per particulas plurimas seccabatur  
tamen quemque archidiaconatus proinde recolecta.  
personatus qui antea vagi fuerant et dispersi pro parte  
nichilominus limitasti et sub certis constitutionibus  
comprehendi ordinasti. Preterea ut is qui in decanum  
eligitur aut sacerdotii dignitate sit preditus aut infra  
annum ad sacerdotium promoveatur electus archidiaconis  
similiter non licebit infra diaconatum modo ministrare.  
quia satis videtur absurdum ut illi diaconis preesse debeat  
qui ad eundem ordinem noluit vel nondum me uit promoveri.  
Salve quoque a diaconis antiquo et consueto  
presentationis cum ligandi atque solvendi canonica potestate  
instituciones seu destituciones clericorum que passim et  
illicite non sine multimoda prabitate consueverunt fieri  
soli archiepiscopo vel cui ab eo specialiter commissum  
fuerit, reservasti. Cumque [arch]ipresbiteri qui in subditos  
solent rapacitate sacrilega debachari ab archidiaconis  
per parrochias sine archiepiscopi conscientia fuerint  
hactenus instituti ad tolendam utrisque derelinquendi  
occasione statuisti ut de cetero /ab/ archidiaconis  
eliganter et post canonican electionem instituendi  
archiepiscopo presententur; ad hec inter cetera eiusdem  
ordinationis capitula illud quoque novimus comprehensum ut

canonici et ille qui in curia regis ab archiepiscopo vicechancellorius fuerit institutus, certa et expressa firma iuramenti pro obediencia ac fidelitate atque rerum ecclesiasticarum indemnitate teneantur astricti<sup>ur</sup>. Postmodum vero tanquam bonus pastor qui languentes oves ad ovillle<sup>m</sup> pliis consuevit humeris reportare et fortiores luporum insidiis aut morsibus expouantur inter ovilis angustias includit solicitius<sup>er</sup> et custodit, quedam que precipue ad morum compositam erucionem respiciunt de honestate scilicet habitus et morum gravite de divinorum officiorum frequentatione ac modo et negligentium penam<sup>m</sup> de examinacione ad chorum et chori vel altaris ordine de ordinatione capituli et deliberatione moderamine, de exhibenda prioribus reverentia et excedentium satisfactione vel disciplina de communi refectorio et eius sobrietate, de numero ministrantium et suppressimur murmuratione de pabulo sacre lectionis et cum ymno gratiarum actione de custodia dormitorii mundicia luminaribus et tranquillitate et multa in hunc modum omnibus proposusti servanda quatinus<sup>m</sup> leves et dissoluti qui vel per potentiam digneratur vel pro desuetudine sua gravantur de via perditionis erecti ad iugum regularis discipline ligentur et illi qui pie vivere volunt in Christo<sup>m</sup> salutaris observantie mire et continentie circumspecti antiqui hostis assumptus evadent atque inspectatione retribucionis eterne securius in sue innocentia conquiescant. Eapropter venerabilis in Christo<sup>m</sup> frater quamvis ad hoc nostris monitis fueris excitatus.

solicitudinem tuam que sic tibi prestitit et ecclesie tue  
profectum ut non minus aliis prestiterit, bone imitationis  
exemplum dignis in Domino laudabis commendantes<sup>\*\*</sup> prescriptam  
ordinationem sicut de multa deliberatione et communis fratrum  
tuorum consilio rationabiliter facta esse dignoscitur, raram  
habemus et eam auctoritate apostolica confirmamus<sup>\*\*</sup>,  
presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli  
omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis  
infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem  
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius  
se noverit incursum.

Datum Laterani VIII kalendas<sup>\*\*</sup> aprilis.

---

Notas

\* LOPEZ FERREIRO: eps.

\*\* ID.: archiepo.

\*\*\* ID.: apostol.

\*\*\*\* Repetido in suis y borrado por expuntuacion.

\*\*\*\*\* LOPEZ FERREIRO: congaudere.

\*\*\*\*\* ID.: senserint.

\*\*\*\*\* ID.: torpore depresso.

\*\*\*\*\* ID.: nostre.

\*\*\*\*\* ID.: processisti.

- <sup>10</sup>ID.: pristine statum rectitudini.  
<sup>11</sup>ID.: smi.  
<sup>12</sup>ID.: qui.  
<sup>13</sup>ID.: tantum quinque.  
<sup>14</sup>ID.: autem.  
<sup>15</sup>ID.: debacchari.  
<sup>16</sup>ID.: tollendam.  
<sup>17</sup>ID.: adstricti.  
<sup>18</sup>ID.: ovile.  
<sup>19</sup>ID.: solicitus.  
<sup>20</sup>ID.: pena.  
<sup>21</sup>ID.: quatenus.  
<sup>22</sup>ID.: ipso.  
<sup>23</sup>ID.: xpisto.  
<sup>24</sup>ID.: commendantes.  
<sup>25</sup>ID.: et.  
<sup>26</sup>ID.: kls.

49

1179, mayo, 7. Letrán.

Alejandro III otorga el palio al arzobispo de  
Santiago.

Fols. 267 v.- 268 r.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pags. 327-328.

Alexander episcopus, servus servorum Dei. Venerabili  
fratri Petro, Compostellano archiepiscopo, eiusque  
successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Cum  
locus ipse, ubi beati Iacobi corpus quiescit, prius villa  
burgensi, deinceps municipium fuerit, quod Compostella  
nuncupabatur, succendentibus temporibus in tantum ipsius  
apostoli reverencia et honor apud homines. Domine faciente,  
profecit, quod per dispositionem apostolice sedis idem locus  
cathedralem adeptus est dignitatem et ecclesia ipsa que  
Bracharensi solebat metropoli subiacere libertatis  
privilegio donata speciale sedis apostolice membrum effici  
meruit et pallei honore post modum decorari. Ad ultimum vero  
Emeritense ecclesie dignitate cum integritate sue provincie  
ad eam translata, dispensatione Sacrosancte Romane Ecclesie  
metropolis est constituta. Nos itaque felicis recordationis  
Paschalis papa, predecessoris nostri, vestigiis inherentes,  
ob reverentiam predicti apostoli et ex debito nostri officii  
eidem ecclesie tibi tuisque successoribus tam indecor  
pallei quam in aliis dignitates, libertates, immunitates et  
omnia iura vestra volumus propensioni studio conservare;  
liceat itaque tibi diebus inferius designatis id est:  
Nativitate Domini. Circuncscione. Epiphanie. Annuntiacione.  
Dominico Palmarum. Cena Domini. Pascha. Ascensione et  
Pentecoste, in tribus festis Beate Dei genitricis Marie.

festo Sancti Michaelis et Sancti Johannis Baptiste,  
solemnitatibus beati Iacobi et ceterorum apostolorum,  
commemoratione Omnis Sanctorum, dedicationibus ecclesiarum,  
consecrationibus episcoporum, ordinationibus clericorum,  
benedictionibus abbatum, anniversariis die consecrationis tue  
et dedicationis ecclesie tibi commisso, festo etiam  
sanctorum martirum Laurentii et Vicentii et beatorum  
~~confessorum~~ Martini et Isidori, predicti pallei usum  
auctoritatte apostolice sedis habere. Convenit ergo te  
diligentius providere quomodo sit huiusmodi indumenti honor  
modesta actuum vivacitatte servandus et ut ei munera tuorum  
ornamenta convenient et tu esse valeas utrobique, Deo  
auctore, conspicuus et cum pastoralis iure constringet  
officium, dilectionem propter mandatum dominicum tuo circa te  
etiam adversarii propter mandatum dominicum tuo circa te  
copulentur affectu, pacem sequaris cum omnibus p[ro]l[ific]is vates  
operibus virtutibus polleas, fulgeat in pectore tuo  
rationale iudicii cum super humeralis actione coniunctum,  
ita procedas in conspectu Dei et oculis hominum quatinus  
commissio tibi gregi virtutes prestes exemplum et ipsi  
videntes opera tua bona glorificant patrem tuum qui in  
celis est. Sit in lingua edificationis sermo, sit zeli  
fervor in animo et preter hec cuncta que officio tuo  
conveniunt, cum ea temperantia agas ut que pallei dignitas  
expedit, videaris ferventer amplecti et gloriam sempiternam  
acquirere tibi possis in celis. Statuimus preterea ut nulli  
umquam religioni liceat vel persone Compostellani aut

alterius episcopatus ecclesias episcopali et patronatus iure  
aut episcopali, tantum ad commissariam tibi ecclesiam  
pertinentes quomodolibet absque archiepiscopi consensu  
acquirere vel recipere aut taliter acquisitas nisi  
archiepiscopi vel ecclesie postmodum forte consensus fuerit  
subsecutus tenere vel nisi diutina fuerit prescrizione  
munita. Prohibemus insuper ne in locis ad ecclesiam tuam  
spectantibus sine tuo vel successorum tuorum consensu domos  
construere liceat vel ecclesias fundare aut aliquid  
acquirere per quod ecclesie tue iurisdictio quomodolibet  
minuatur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit,  
prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones  
auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet  
vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum  
pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt  
usibus omnimodis profutura, salva numium (sic) apostolice  
sedis auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve  
persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra  
eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita,  
nisi reatum suum digna satisfactio correxerit, potestatis  
honc risque sui dignitate careat namque se divino iudicio  
existere de perpetrata iniuitate cognoscat et a sacratissimo  
corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu  
Christi aliena fiat atque in extremo examine divine ultioni  
subiaceat; cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit  
pax Domini nostri Ihesu Christi, quiatus et hic fructum

bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia  
eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

(R.)' Ego Alexander. catholice ecclesie episcopus, ss.

(BN.)

(1<sup>a</sup> col.) Ego Hubaldus. Hostiensis episcopus, ss.- Ego  
Theodinus, Portuensis et Sancte Rufine, ss.- Ego Petrus,  
Tusculanensis episcopus, cf.- Ego Henricus, Albanensis  
episcopus, cf.- Ego Bernereus, Prenestinus episcopus, cf.

(2<sup>a</sup> col.) Ego Ichannes, presbiter cardinalis Sanctorum  
Iohanni et Pauli tituli Pamachii, ss.- Ego Iohannes,  
presbiter cardinalis tituli Sancte Anastasie, ss.- Ego  
Iohannes, presbiter cardinalis tituli Sancti Marci, ss.- Ego  
Petrus, presbiter cardinalis tituli Sancte Susane, ss.- Ego  
Vivianus, presbiter cardinalis tituli Sancti Stephani in  
Celiomonte, ss.- Ego Cinthyus, presbiter cardinalis tituli  
Sancte Cecilie, ss.- Ego Hugo, presbiter cardinalis tituli  
Sancti Clementis, ss.- Ego Arduinus, presbiter cardinalis  
tituli Sancte Crucis in Iherusalem, ss.- Ego Matheus,  
presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli, ss.

(3<sup>a</sup> col.) Ego Iacintus, diaconus cardinalis Sancte Marie  
in Cosmidim, ss.- Ego Ardicio, diaconus cardinalis Sancti  
Theodori, ss.- Ego Laborans, diaconus cardinalis Sancte  
Marie in Porticu, ss.- Ego Rainerius, diaconus cardinalis  
Sancti Georgii ad Vulum Aureum, ss.- Ego Gratianus, diaconus  
cardinalis Sanctorum Cosme et Damiani, ss.- Ego Iohannes,  
diaconus cardinalis Sancti Angeli, ss.- Ego Rainerius,  
diaconus cardinalis Sancti Adrianii, ss.- Ego Matheus,

Sancte Marie Nove diaconus cardinalis, ss. - Ego Bernardus,

Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, ss.

Datum Laterani per manum Alberti, Sancte Romane Ecclesie presbiteri cardinali et cancellarii, nonas maii, indictione XII, Incarnationis Dominice anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, pontificatus vero domini Alexandri papa III anno XX<sup>o</sup>.

---

NOTAS

+ Vias tuas, Domine. demonstra michi. Sanctus Petrus,  
Sanctus Paulus. Alexander papa III.

50

1180, marzo, 24. Coyanza.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago la mitad  
de la de Santa Maria de Fontevedra.

Fols. 25 v.-26 r.'

ED.: LOPEZ FERREIRO: Museo, págs. 227-229.

REG.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 18.- GONZALEZ: Fernando

II. pág. 468.- LUCAS: Carboeiro, nº 58.

(Christus alfa et omega.)". In nomine Sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, que ab universis Christi fidelibus in una deitate collitur et adoratur. Nichil est quod magis videatur regum catholicorum ornare celsitudinem quam si iura sua secundum sue potestatis officium cuique studeant conservare, maxime autem ecclesiarum Dei non solum eos decet iura conservare in iam (sic) acquisitis verum etiam adquiriendis liberalitate magnifica augmentare ut dando temporalia celestis regni cum eius gratia quem regnant consequi mereamur eterna. Inde est quod<sup>3</sup> ego rex dominus<sup>4</sup> Fernandus, una cum filio meo rege domno Alfonso<sup>5</sup>, recognoscens exquisita veritate ecclesiam Sancte<sup>6</sup> Marie de Ponte Veteri, cum universo iure<sup>7</sup> et pertinenciis suis, pro media parte ad ecclesiam Compostellanam et pro altera medietate ad monasterium Sancti<sup>8</sup> Iohannis de Podio pertinere, monachus quoque Sancti Laurencii<sup>9</sup> de Carbonario coram nobis idem recognoscentibus, ad quos de donacione mea cum ei veritate<sup>10</sup> ignorarem. hec<sup>11</sup> ecclesia translata fuerat, restitue de ipsorum voluntate et benelacito monachorum prenominatam<sup>12</sup> ecclesiam de Ponte Veteri cum universo iure et suis pertinenciis, vobis domine Petre Compostellane archiepiscopo<sup>13</sup> et ecclesie vestre necnon et **XXX** vobis domine Petre abbas Sancti<sup>14</sup> Iohannis de Podio et monasterio vestro in perpetuum<sup>15</sup>. Cauto etiam supradictis de consilio curie et nobilium meorum iamdic tam

ecclesiam Sancte<sup>e</sup> Marie de Ponte Veteri. cum omnibus  
pertinenciis suis per terminos suos: et si quid in ea vel  
in eius pertinenciis ad me vel ad vocem meam pertinet. vobis  
iure perpetuo dono<sup>r</sup> pro remedio anime mee et parentum  
meorum et ab omni regali iure liberum habere concedo ut omni  
evo habeatis. possideatis et ea in vestros usus aut ad  
alios. si volueritis convertatis et ex omni impetione et  
regia exaccione semper liberta. ita quod nemini liceat  
potenti vel impotenti. maiorino regis vel sagioni. seculari  
persone sive ecclesiastice vel eciam alicui de parte regia  
vel extranea ulla occasione in ea vel ius ipsius intrare seu  
quecumque modo quicquam inde auferre<sup>r</sup> alienare.

Si quis igitur tan de meo quam de aliorum genere hoc meum  
factum spontaneum infrigerit. iram Dei omnipotentis et  
regiam indignationem incurrat et cum Iuda Domini proditore.  
cum Datam et Abiron. quos terra vivos absorbuit. in inferno  
sit damnatus. et pro ausu suo temerario si quid invaserit  
in quadruplum reddat et regie parti centum libras auri in  
penam persolvat. Et ut hoc nulla occasione possit turbari  
set semper permaneat firmum et inconcussum presens scriptum  
facio et meo regio robore et meorum nobilium  
subscriptionibus communio semper valiturum<sup>r</sup>.

Facta carta apud Cuiancam. nonc<sup>o</sup> kalendas aprilis. sub  
era Ma CC XVIII<sup>a</sup>. Regnante rege domno Fernando Legione.  
Gallecia. Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Fernandus. una cum filio meo rege domno  
Alfonso. hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore

confirmo<sup>21</sup>.

(1<sup>a</sup> col.) Petrus. Sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus, cf.- Iohannes. Legionensis episcopus, cf.- Iohannes, Lucensis episcopus, cf.- Bertrandus, Tudensis episcopus, cf.- Rabinatus, Mindoniensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Wilelmus, Cemorensis episcopus, cf.- Adefonsus, Auriensis episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.

(Signo rodado)<sup>22</sup>

(2<sup>a</sup> col.) Rodericus. Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus. Astoricensis episcopus, cf.- Vacat Cauriensis episcopatus.- Petrus de Areis, prior Hospitalis, cf.- Gido, magister Templarium<sup>23</sup>, cf.- Ermengotus, comes Urgellensis regis Fernandi maiordomus [cf.]<sup>24</sup>.- Velascus, comes<sup>25</sup> in Limia, cf.- Gumez, comes in Trastamar<sup>26</sup>, cf.- Fernardus, comes in Lemos, cf.- Gunzalus<sup>27</sup>, comes in Asturiis, cf.- Didacus Exemeniz in Legione, cf.- Guterius Roderici<sup>28</sup> in Benevento, cf.- Ordonius Garsie in Campis<sup>29</sup>, cf.- Fernandus Guterriz, regis<sup>30</sup> signifer, cf.- Gunzalvus Osorii<sup>31</sup>, cf.- Fernandus Gunzalvit<sup>32</sup>, [cf.].- Gunzalvus Gomez<sup>33</sup>, cf.- Iohannes Arie, cf.- Rodericus Fernandiz<sup>34</sup>, cf.- Gunçavus Petriz<sup>35</sup>, cf.- Fernandus Arie, cf.

Ego Bernardus, domini regis Fernandi notarius, per manum Petri de Lor, archidiaconi Compostellani, domini regis Fernandi cancellarii, scripsi et cf.

---

NOTAS

<sup>1</sup> Original en SANTIAGO. J.H.D., Privilegios Reales, mazo 1.

Otra copia en Tumbo A, fol. 52 v.

<sup>2</sup> LOPEZ FERREIRO: falta el crismón.

<sup>3</sup> ID.: falta desde sancte hasta quod.

<sup>4</sup> ID.: dominus.

<sup>5</sup> : domno Alphonso.

<sup>6</sup> ID.: ecclesiam sta.

<sup>7</sup> ID.: iuri suo.

<sup>8</sup> ID.: st.

<sup>9</sup> ID.: sti.

<sup>10</sup> ID.: veritatem.

<sup>11</sup> ID.: hac.

<sup>12</sup> ID.: prenominatum.

<sup>13</sup> ID.: dne. ... arciepiscopo.

<sup>14</sup> ID.: dne. ... sti.

<sup>15</sup> ID.: vestris in perpetuum.

<sup>16</sup> ID.: ste

<sup>17</sup> ID.: dono.

<sup>18</sup> Vel borrado por expuntuación.

<sup>19</sup> LOPEZ FERREIRO: falta desde pro hasta valiturum.

<sup>20</sup> ID.: VIII kls.

<sup>21</sup> ID.: falta desde Regnante hasta confirme

<sup>22</sup> +Signus Fernandi regis arum.

<sup>23</sup> LOPEZ FERREIRO: Guido...Templi.

- 24 ID.: falta desde Ermengotus hasta maicordinus.  
25 ID.: comes Velascus.  
26 ID.: Trastamare.  
27 ID.: Gundisalvus.  
28 ID.: Guterrius Ruderici.  
29 ID.: Garcia in Campis.  
30 ID.: Ferdinandus ... sig fer.  
31 ID.: Gundisalvus Ororiz.  
32 ID.: Ferdinandus Gundisalvi.  
33 ID.: Gundisalcus Gomez.  
34 ID.: Ferdinandi.  
35 ID.: Gundisalvus Pelaz.

51

1180, julio, 25. Benavente.

Fernando II confirma a la Iglesia de Santiago las  
donaciones anteriores y ordena que nadie construya  
castillos en el territorio de Santiago.

Fol. 157 v.-158 v.¹

ED.: LOPEZ FERRERO: H.C., IV, ap. LX, según Tumbo A.

TRAD.: ID.: Fueros, I, págs. 166-170 y 3<sup>a</sup> ed., págs.

182-186, según el original.

RG.: GONZALEZ : Fernando II. pág. 470 con folio 158 y día  
25.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 337.- GONZALEZ: Fernando  
II. pág 162.- ID.: Alfonso IX. I, pág. 44.

(Christus alfa et omega.)<sup>2</sup> In nomine Patris et filii et  
Spiritu Sancti<sup>3</sup>, amen. Catolicum uocet principem loca sancta  
debita veneracione confovendo largis ditare muneribus et  
preciosis privilegiorum decorare prerogatus, tunc enim  
glorie meritum et eternae retribucionis premium sibi comparat  
cum circa ea quem Dei sunt devotum se exhibens eius per quem  
regnat ecclesiam pio intendit proposito tueri et exaltare.  
Inde est quod ego Fernandus, divina gratia Hispaniarum rex,  
uno cum filio meo rege Adefonso, intuitu et reverencia  
gloriosi patrui nostri apostoli Iacobi, confirmo et concedo  
ecclesie Compostellane omnes donaciones ipsi ecclesie a me  
vel a predecessoribus meis seu a quibuscumque hominibus  
factas vel relictas in vita sive in morte, tam eas quarum<sup>4</sup>  
habuit vel habet posessionem quam eas quas nondum incepit  
posidere<sup>5</sup>, ut videlicet ad earum nascendam posessionem  
quas nondum habuit vel habuerit<sup>6</sup> quidem habere quocumque  
modo desint integrum et legitimum ius est potestatem habeat  
reponendi. Confirmo etiam et concedo archiepiscopo et  
ecclesie Compostellane omnibusque incius ecclesit canoniciis  
nechon universis tam ipsius archiepiscopi quam canonorum

successoribus omnia privilegia a me vel a predecessoribus meis ipsis concessa. Confirmo et concedo ipsi ecclesie cancellariam, capellaniam et sepulturam meam et successorum meorum. Statuo preterea et confirmo imperpetuum, ut ecclesia Compostellana in tota terra que ad secularem iurisdictionem eius spectat, ita plenum et integrum habeat dominium et potestatem ut nemini nobili sive ignobili licitum sit ibi turrem vel quamcumque munitionem habere preter concensum archiepiscopi et ecclesie Compostellane, ac si que ibi habentur funditus diruantur a quibuscumque personis posiderantur; ea scilicet pena imminentे omnibus qui, non exquisito et impetrato consensu<sup>9</sup> archiepiscopi et ecclesie, turrem vel quamlibet munitione in ipsa iamdicta terra fundare vel construere ausi fuerint, ut loci domino priveretur<sup>10</sup> ipsi si domini sunt, vel etiam alii qui tante presumptioni assensum illicite prebucrint et aplicetur, locus ipse cum fundata vel constructa turre aut<sup>11</sup> munitione dominio et potestati archiepiscopi et ecclesie Compostellane. Statuo insuper atque imperpetuum stabilio, ut si conetigerit archiepiscopum Compostellanum, quamlibet municionem terram vel domum<sup>12</sup> cuicunque persone sub fidelitatis hominatio<sup>13</sup> vel alio modo in presencia bonorum hominum concedere, ac postmodi negetur nominatum<sup>14</sup> vel aliquod pactum concessioni illi appositum, non cogatur archiepiscopus vel ecclesia Compostelana nominatum<sup>15</sup> vel pactum negatum per duellum probare; si hoc poterit per inquisitionem vel testimonium personarum que presentes

fuerint ostendere; quo sic probato, nichilominus proditor vel alecvosus<sup>15</sup> habeatur qui hominatum negaverint tamquam<sup>16</sup> si per duellum fuisset convictus. Sancio et confirmo imperpetuum ut nulli umquam persone cuiuscumque sit condicionis nulli loco aut collegio religioso, licitum sicut in tota ipsa terra quocumque acquisitionis titulo locum aliquem vel hominem acquirere unde iurisdictio vel potestas seu quodcumque debitum ecclesie Compostellane quomodolibet minuatur; et si qua ibi talis adquisitio preter consensum ipsius ecclesie exquisitum et impetratum a qualibet persona vel collegio. Facta est inirritum revocetur omnes etiam incautaciones in iamdicta terra quibuscumque personis vel collegiis assignatas revocandas censeo et cauta si qua ibi erecta sunt deici ac removeri precipio; ita videlicet ut nulli unquam licitum sit a me vel meis successoribus cautum vel incautacionem in ea terra postulare vel impetrare<sup>17</sup>; quod si forte qualibet instancia attemptatum fuerit, irritum habeatur et vacuum, quod per obreptionem non dubitabitur impetratum<sup>18</sup>. Adicio etiam atque imperpetuum statuo ut nulli umquam<sup>19</sup> persone vel collegio licitum sit in tota terra Compostellane ecclesie loca vel iura ipsius ecclesie cum filio aut filia alicuius nobilis incautare, quod<sup>20</sup> si forte fuerit attentatum qui hoc attentare presumpsit<sup>21</sup>, si monitus ab usurpatione huiusmodi et temerario ausu suo non destiterit iure suo quod ibi tueri vel reposcere proponebat propter transgressionem<sup>22</sup> et contemptum huius statuti privetur. Caveant autem<sup>23</sup> nobiles et milites regni mei ne ad

huiusmodi illici<sup>m</sup>. et hoc statuto prohibitam incautationem vel defensionem filios vel filias aut alias personas sibi consanguinitate iunctas accomodent vel se ipsos interponant, qui si hoc forte presumpserint et premoniti personas pro huiusmodi incautationem seu tuitione temere appositas non removerint eas modis omnibus quantacumque fulgeant nobilitate privilegio suo in hac parte privari censeo; ac si ecclesia Compostellana per maiordomos aut quoslibet homines loca ver iura sua eis presentibus tamquam abseturibus<sup>\*\*</sup> occupaverit non respondeat nec iudicetur facere aliquam dehonestationem vel iniuriam, nam cum presentiam suam in contemptu constitutionis nostre obiciunt dignum est ut nobilitatis sue privilegio careant ac pro absentibus reputentur. Hec autem omnia de consilio procerum et totius curie meo consilio stattuta inviolabiliter perpetuo et inconcusse ab omnibus regni mei hominibus observari precipio, nulla hac<sup>\*\*</sup> constitucioni mee lege vel consuetudine prep[ar]nenda. Iudices vero regni mei qui contra hoc meum indultum obtemptu cuiusquam legis, consuetudinis vel rationis iudicaverint iudicium suum est fame detimento noverint irritari et DC aureorum multam pro media parte fisco meo et pro reliqua media ecclesie Compostellane aplicandam cogantur persolvere.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere hanc piam meam concessionem et consticionem (sic) infringe: presumpserit, iram Dei omnipotentis, regiam indignacionem incurrat et quod fecerit irrito prorsus habito hoc indultum

perpetuo iures suas obtineat. et pro ausu suo temerario DC aureorum penam incurrat. et cum Iuda Domini proditore, Datau et Abiron, quos terra vivos absorbuit, in inferno persecat maledictus; et ut hec institucio nunquam possit turbari set semper firma sit et stabilis presens scriptum facio et tam regio meo robore quam meorum procerum subscriptionibus imperpetuum communio<sup>re</sup>.

Facta carta apud<sup>re</sup> Beneventum, VIII<sup>o</sup> kalendas<sup>re</sup> augusti,  
sub era Ma CC<sup>re</sup> XVIII<sup>a</sup>. Regnante rege domino Fernando Legione,  
Gallecie, Asturiis et Extremadura.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domino Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio ro**bore** confirmo.

(1<sup>a</sup> col.) Petrus. Sante Compostellane ecclesie archiepiscopus, cf.- Iohannes, Legionensis episcopus, cf.- Iohannes, Lucensis episcopus, cf.- Bertrandus, Tudensis episcopus, cf.- Rabinatus, Mindoniensis<sup>re</sup> episcopus, cf.- Aldefons<sup>re</sup>, Auriensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Welielmus, Gomorensis episcopus, cf.- Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis<sup>re</sup> episcopus, cf.- Vacat Cauriensis episcopus, cf.<sup>re</sup> - Pelagius de Lauro, Compostellanus archidiaconus, domini regis [cancellarius], cf.- Menendus, Ovetensis archidiaconus, cf.

(Signo rodado).

(2<sup>a</sup> col.) Ermegotus<sup>re</sup>, Urgellesis comes, regis Fernandi maiordomus, cf.- Velascus comes in Limia, cf.- Gumez, comes

in Transtamara, cf.- Fernandus Poncii, comes in Lemos, cf.- Gunzalvus<sup>\*\*</sup>, comes in Asturiis, cf.- Didacus Exemenit dominans Legione, cf.- Ordonius Garsie in Campis, cf.- Fernandus Guterriz, signifer regis, cf.- Froilia Ramiz<sup>\*\*</sup>, cf.- Veremudus Alvariz, cf.- Fernandus Arie, cf.- Fernandus Roderici de Benevento, cf. - Pelagius Tabladellus, cf.

Ego Bernardus, domini regis Fernandi notarius, per manum Pelagii de Lauro, archidiaconi Compostellani, regis cancellarii, scripspi et de mandato procerum curie et regni nobilium pro omnibus subscripsit.<sup>\*\*</sup>

Omnes nobiles curie regis domini Fernandi, cf.<sup>\*\*</sup>

---

NOTAS

<sup>1</sup>Original en SANTIAGO, A.H.D., Privilegios Reales, leg. 20.- Otras copias en Tumbo A. fols. 53 v.-54 r., con fecha 26 de julio, y en MADRID, B.A.H., Colección Velázquez, 8.

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO. falta el crismón.

<sup>3</sup>ID.: sps. sci.

<sup>4</sup>ID.: quorum.

<sup>5</sup>ID.: possidere.

<sup>6</sup>ID.: habuit.

<sup>7</sup>ID.: possideantur.

<sup>8</sup>ID.: exquisito inpetrato archiepiscopi.

<sup>9</sup>ID.: dominio priventur.

- <sup>10</sup>ID.: vel  
<sup>11</sup>ID.: donum.  
<sup>12</sup>ID.: hominio.  
<sup>13</sup>ID.: hominium.  
<sup>14</sup>ID.: hominium.  
<sup>15</sup>ID.: alevosus.  
<sup>16</sup>ID.: hominium negaverit tanquam.  
<sup>17</sup>ID.: inpetrare.  
<sup>18</sup>ID.: dubitatur inpetratum.  
<sup>19</sup>ID.: unquam.  
<sup>20</sup>ID.: et.  
<sup>21</sup>ID.: presumpterit.  
<sup>22</sup>ID.: transgressionem.  
<sup>23</sup>ID.: at.  
<sup>24</sup>ID.: absentibus.  
<sup>25</sup>ID.: huic.  
<sup>26</sup>ID.: falta desde tam hasta communic.  
<sup>27</sup>ID.: aput.  
<sup>28</sup>ID.: VII kls.  
<sup>29</sup>ID.: Minduniensis.  
<sup>30</sup>ID.: Adefonsus.  
<sup>31</sup>ID.: Asturicensis.  
<sup>32</sup>ID.: falta cf.  
<sup>33</sup>+ Signum Fernandi regis Hispanorum.  
<sup>34</sup>LOPEZ FERREIRO: Ermegote.  
<sup>35</sup>ID.: Guncalvus.  
<sup>36</sup>ID.: Froila Ramiriz.

\*\* ID.: subscripti.

\*\* ID.: dni. F. conf.

52

1180, agosto, 1. Benavente.

Fernando II concede licensia al arzobispo de  
Santiago para construir un horno en Villafranca del  
Bierzo y lo acota.

Fols. 34 v.- 35 r.<sup>1</sup>

REG.: GONZALEZ: Fernando II. pag. 471.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV pág. 334.

(Christus alfa et omega.) In nomine sancte et individue  
Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen.  
Catholichorum regum est loca sancta ac personas religiosas  
amplis dictare muneribus ut dando qtemporalia consequi  
mereantur eterna. Eapropter ego dominus Fernandus, Dei gratia  
rex Hispaniarum, piis predecessorum meorum inherendo  
vestigiis qui nobilem gloriosissimi patroni nostri apostoli  
Iacobi eccelsiam magnificis exaltare muneribus, attenta  
devocione, studuerunt, una cum filio meo rege Adefonso, dono

et concedo vobis domine Petre, archiepiscopo Compostellane,  
et successoribus vestris atque ecclesie vestre imperpetuum  
liberam licenciam et potestam construendi et habendi furnum  
in Villafranca, videlicet ultra pontem in quocumque loco vos  
volueritis dummodo locus ipse vester sit. Cauto etiam vobis  
furnum ipsum quecumque ibi feceritis ut nulli umquam  
sagioni, maiorino, potestati ac prorsus nulli homini regiam  
vocem vel aliam pretendendi liceat aliquem forum directuram  
vel debitum inde petere vel exigere aut homines vel  
quaslibet res intra domum ipsius furni constitutas pro  
quacumque voce debito vel calumpnia inde astrahere vel ibi  
quomodolibet molestare exitumve seu ingressum prohibere.  
Hanc autem licenciam furni ultra pontem in burgo de  
Villafranca construendi, nulli umquam preter vos et  
successores vestros volo ulterius esse concessam seu  
permissam.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere contra  
hanc meam spontaneam donacionem et caucionem, de consilio  
magnatum et nobilium curie mee, vobis et ecclesie  
Compostellane imperpetuum, ob remedium anime mee et parentum  
meorum, indultam venere, quacumque occasione, ausus fuerit,  
iram Dei et regiam indignacionem incurrat, et quod invaserit  
in duplum cogatur illico restituere ac, pro temerario ausu  
atque violacione caucionis mille aureorum penam subire  
compellatur pro media parte regie vocie et pro reliqua parte  
vobis et ecclesie Compostellane dubitandam. Utque huius pie  
concessionis mee carta perpetuo iures obtineat tam regio meo

robore quam meorum procerum scriptio[n]ibus (sic) decorari  
eam et communiri precio (sic).

Facta carta Beneventi, kalendas augusti, sub era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup>  
XVIII<sup>a</sup>. Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia,  
Asturiis, Campis et Extrematura.

Ego rex dominus Fernandus hoc scriptum quod fieri<sup>z</sup>, una  
cum filio meo rege Adefonso, iusi proprio robore confirmo.

(1<sup>a</sup> col.) Petrus, Sancte Compostellane ecclesie  
archiepiscopus, cf.- Iohannes, Legionis (sic) episcopus.  
cf.- Iohannes, Lucensis episcopus, cf.- Bertrandus, Tudensis  
episcopus, cf.- Rabinatus, Mindoniensis episcopus, cf.-  
Aldefonsus, Auriensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus  
episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.-  
Wilielmus, Cemorensis episcopus, cf.- Rodericus, Ovetensis  
episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.-  
Vacat Cauriensis episcopatus.

(Signo rodado).

(2<sup>a</sup> col.) Ermengotus, Urgellensis comes, regis Fernandi  
maiordomus, cf.- Velascus, comes in Limia, cf.- Gumez, comes  
in Trastamar, cf.- Fernandus, comes in Lemus, cf.-  
Guncalus, comes in Asturiis, cf.- Fernandus Guterriz, regis  
signifer, cf.- Ordonius Garsie, dominans per Campos, cf.-  
Froila Ramiriz, cf.- Veremudus Alvariz, cf.- Fernandus Arie,  
cf.- Fernandus Roderici de Benevento, cf.- Pelagius  
Tabladelus, cf.

Pelagius de Lauro, Compostellanus archidiaconus, domini  
regis cancellarius, cf.

Ego Eernardus, domini regis notarius, per manum Pelagii,  
archidiaconi Compostellani, regis cancellarii, scribere et  
de rogatu nobilium tocius curie pro omnibus subscribere  
mandavi et confirmo.

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbo A, fol. 53 r.-v.

<sup>2</sup>Borrado por expuntuación iussi.

<sup>3</sup>+ Signum Fernandi regis Hispaniarum.

53

1180, diciembre, 15. Salamanca.

Fernando II dona a la Iglesia compostelana y a su obispo el burgo de Pontevedra y el castillo de Cotobad.

Fols. 15 v.- 16 r.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. LV, según Tumbo A.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 473.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 334.- ID.: Fuercs, I.  
pág. 162 y 3a adición pág. 178.- GONZALEZ: Fernando II, pág.  
133.- LACARRA: Peregrinaciones, I, pág. 259.- RODRIGUEZ  
FIGUEIREDO: Alfonso IX, pág. 18.

(Christus alfa et omega.)<sup>12</sup> In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen<sup>13</sup>. Catholicorum regum est loca sancta et personas religiosas largis dictare muneribus et magnis ampliare beneficiis ut dando temporalia consequi mereatur eterna<sup>14</sup>. Unde ego rex donnus<sup>15</sup> Fernandus, una cum filio meo rege domno<sup>16</sup> Adefonso, vobis domne Petre, Compostellane archiepiscop<sup>17</sup>, vestrisque successoribus et ecclesie vestre intuitu omnipotentis Dei et gloriosissimi apostoli Iacobi patroni nostri, in remedium anime mee et parentum meorum, et pro bono servicio quod michi<sup>18</sup> sepius fecistis ac precipue in satisfaccione iniurie que ecclesie Compostellane facta est quando p[er]egrini Sancti Iacobi in strata eius ab omnibus meis capti fuerunt, cum deliberacione et assensu maiorum curie mee, facio cartam<sup>19</sup> donacionis et cautacionis imperpetuum valitaram de burgo de Ponte veteri, cum omnibus terminis et pertinenciis suis, cum portu, cum mari, rivis et fontibus, cum montibus, terris cultis et inclutis, pratis et pascuis, per omnes terminos novissimos et antiquos ubicumque vos archiepiscop<sup>20</sup> Compostellane et vestri successores perpetuo poteritis<sup>21</sup> invenire, ac de castro Cutubade<sup>22</sup>, cum tota terra sua, cum omnibus terminis et pertinenciis suis, quod vobis et ecclesie do et concedo cum universis cautis et

incautacionibus que ibi sunt. Itaque nulli deinceps nisi vicario vestro vel ecclesie vestre licitum sit ab habitatoribus ipsius burgi vel ab aliis ad predictum castrum vel burgum pertinentibus pro fossado seu fossadaria, pedidalia vel alia quacumque voce regia aliquid exigere vel accipere.

Si quis vero tam de meo quam de aliorum genere hanc meam spontaneam et iustam donacionem istam infringere temptaverit, iram omnipotentis Dei ac regiam indignacionem incurrat et cum Iuda Domini predictore, Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, in inferno decrudatur ac Geenna perpetua ubi sempiternus horror inhabitat confussus paciatur, et pro temerario ausu quicquid invaserit in quadruplum componat et ecclesie Compostellane mille aureos in penam exsolvat. Et ut istud munus meum semper firmum maneat et stabile presens scriptum facio et tam regio robore quam procerum meorum suscriptionibus communio<sup>13</sup>.

Facta carta<sup>14</sup> apud Salamanticam, XVIII<sup>15</sup> kalendas ianuarii, sub era M<sup>16</sup> CCA XVIII<sup>17</sup>. Regnante rege domino Fernando Legione, Gallicia, Asturiis et Estemadura<sup>18</sup>.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domino Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(1a col.) Petrus, Sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus, cf.- Iohannes, Legionensis episcopus, cf.- Iohannes<sup>19</sup>, Lucensis episcopus, cf.- Rabinatus, Minduniensis episcopus, cf.- Adefonsus<sup>20</sup>, Auriensis episcopus, cf.-

Bertrandus, Tudensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Wilielmus, Cemorensis episcopus, cf.<sup>19</sup>- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Vacat Cauriensis<sup>20</sup> episcopatus.

(Signo rodado)<sup>21</sup>.

(2a col.) Fernandus Roderici Castellanus presens fuit et cf.<sup>22</sup>- Ego comes Urgellensis, regis<sup>23</sup> maiordomus, presens cf.- Gumet<sup>24</sup>, comes de Castella presens ci.- Velascus, comes in Limia, cf.- Gumet, comes in Trastamar<sup>25</sup>, cf.- Fernandus Ponci, comes, cf.- Gunzalvus Roderici de Zagra, regis signifer, presens cf.- Guterrius Roderici, tenens Beneventum, cf.- Rodercus Fernandi de Thoronio<sup>26</sup>, cf.- Petrus Pelagii, signifer vocatus de Portuglia<sup>27</sup>, cf.- Pelagius Arie de Tuda, cf.

Ego Bernardus, domini regis Fernandi notarius, per manum Pelagii de Lor, archidiaconi Compostellani<sup>28</sup>, domini regis cancellarii, scripsi et confirmo.

---

#### NOTAS

<sup>1</sup>Otras copias en Tumbo A. fol. 52 r.-v., Tumbillo, fol. 43 y MADRID, B.A.H., Colección Sobrerirá, 117.

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO: Falta crismón.

<sup>3</sup>ID.: falta desde n.ostrí hasta amen.

<sup>4</sup>ID. falta desde est hasta eterna.

\*ID.: dominus.

\*ID.: domino.

\*ID.: domno Petro compostellano archiepiscopo.

\*ID.: mihi.

\*ID.: hominibus.

\*ID.: chartam.

\*ID.: potueritis.

\*ID.: Cottovade.

\*ID.: falta desde vero tam hasta communio.

\*ID.: charta.

\*ID.: XVII.

\*ID.: falta desde domino hasta Extremadura.

\*ID.: Ioannes.

\*ID.: Adephonsus.

\*ID.: Villelmus Zamorensis.

\*ID.: Auriensis.

\*+ Signum Fernandi regis Hispaniarum.

\*LOPEZ FERREIRO: fuit conf.

\*ID.: regni.

\*ID.: Gomet.

\*ID.: Gomezius comes in Trastamara.

\*ID.: Toronio.

\*ID.: Portugalia.

\*ID.: compostellani archidiaconi...chancellarii.

1181, marzo, 21. Medina de Rioseco.

Tratado de paz entre Fernando II y Alfonso VIII.

Fols. 28 v.-31 r.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. LVI.- GONZALEZ: Fernando II, nº 40 (citado en nota GONZALEZ 1).- ID.: Alfonso VIII, II, nº 362 (citado en nota GONZALEZ 2).

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 475. ID.: Alfonso VIII, III, pág. 823.- GARCIA LARRAGUETA: La Orden de San Juan, nº 23.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 339-340.- GONZALEZ: Fernando II, pág. 135.- ID.: Alfonso VIII, I, págs. 694-696 y 934.- GARCIA LARRAGUETA: La Orden de San Juan, págs. 498 y 500.- MANSILLA: Iglesia, págs. 13 y 14.- ID.: Inocencio III, pág. 12.

In Dei nomine. Nos reges rex Fernandus et Aldefonsus, rex Castelle facimus pacem et concordiam et amiciciam firmam imperpetuum<sup>1</sup> tam inter nos quam inter filios nostros et filias. Ita quod uterque nostrum velit alteri regnum suum conservari integrum cum omni iure suo et omnibus pertinenciis suis et non faciat ei in eo aliquod impedimento. Et concedimus invicem ambo quod a Ceia et a

Ceyón teneamus divisionem et stemus per illam quam fecit<sup>z</sup>  
Adefonsus imperator inter me regem Fernandum et patrem  
vestrum regem Sancium, fratrem meum, et inde usque ad flumen  
Tagum quod teneamus et stemus per eandem divisionem quam  
fecit ~~Adefonsus~~ idem imperator inter ambo regna quando ea  
divisit. Et uterque nostrum sit dominus et rex omnium qui  
continentur infra limites regni sui iuxta predictam  
divisionem, nulla impediente requisitione nulloque  
interveniente impedimento alterius nostrum ad alterum super  
his que<sup>x</sup> infra terminos alterutrius regni continentur,  
salvis in utroque regno directuris nobilium quos appellant  
filios de algo. Et ego rex Fernandus mitto quinque<sup>z</sup> castella  
in fidelitate in manu Petri Fernandez, magistri Militie  
Sancti Iacobi, et in manu Petri de Areis, prioris  
Hospitalis, videlicet Melgar. Castrum Terre, Penam<sup>z</sup> Fidelem  
cum Penna Braol, et cum Penna Destal pro uno castello,  
Siero, Portellam, pro tenenda et observanda pace inter nos  
et filios nostros et filias imperpetuum<sup>z</sup>, bona fide et sine  
malo ingenio, et quod numquam transeam<sup>z</sup> predictam divisionem  
inter regna nostra ab imperatore constitutam, videlicet, ut  
in nostra propria persona vobis nullam violenciam vobis  
inferam nec intrem cum exercitu intra terminos regni vestri  
at aliquod malum vobis faciendum, nec exercitus terre mee  
cum alio rege, neque ibi faciam castellum nec populacionem  
aliquam, nec ibi vi aut furto aut ingenio, quolibet villam  
vel ullum castellum capiam, quod, si im<sup>z</sup> propria persona  
fecero, tradantur vobis a fidelibus vel ab altero eorum

omnia mea castella fidelitatis. Similiter, si in propria persona mea infra terminos regni vestri aliquam rapinam fecero, et a die qua querella ad me pervenerit per fideles vel per alterum eorum aut nuncium suum aut litteras usque ad LX<sup>a</sup> dies duplum dampni<sup>10</sup> illati passo iniuriam non reddidero, tradantur vobis aliquod de castellis meis fidelitatis<sup>11</sup> vel aliqua, secundum quod fideles cognoverint dampnum esse maius vel minimus, et vos teneatis illud vel illa castella donec ego duplum dampni predictum reddam, quo reddito ipsum castellum vel castella restituantur fidelibus ad predictamque<sup>12</sup> fidelitatem, et, si vos illud vel illa predice fidelitati non restitueritis, tradantur mihi omnia castella vestra fidelitatis.

Et si aliquis vasallus meus vel vasalli<sup>13</sup> prendiderint aut fecerint castellum in regno vestro et postquam querella ad fideles vel ad fidelem pervenerint<sup>14</sup> usque ad sexaginta<sup>15</sup> dies, illud vobis non fecero integrari, tradantur vobis duo castella fidelitas<sup>16</sup> et teneatis ea donec illud vobis integretur, quo integrato, reddatis illa fidelibus, quod si non feceritis tradantur michi<sup>17</sup> omnia castella vestra fidelitatis. Et si qui aliquis de regno meo qui non sit vasalus<sup>18</sup> meus prendiderit aut fecerit castellum in regno vestro et voluerit propter me illud vobis reddere ego iuvabo vos bone fide et sine malo ingenic donec illud recuperetis et ille qui hoc commiserit perdat omnem suam hereditatem nec recipiatur a me nec a vobis decetero. Et si civitas mea vel villa vel vasallus meus vel vasali<sup>19</sup> rapinam fecerint in

regno vestro ego<sup>xx</sup> usque ad XL<sup>a</sup> dies postquam querella per fideles vel per alterum eorum ad me pervenerit illam in duplum faciant emendari. quod, si non fecero episcopus de cuius episcopatu raptor vel raptore fuerint conventus a fidelibus vel ab altero eorum usque ad alios XL<sup>a</sup> dies ponat interdictum in omni parte episcopatus sui que fuerit in regno meo et si usque ad alios XL<sup>a</sup> dies postquam fuerit positum interdictum<sup>xx</sup> predicte rapine duplum non emendavero ferat sententiam excommunicationis<sup>xx</sup> in personam meam<sup>xx</sup> manente priori interdicto, et si nec ex tunc usque ad alios XL<sup>a</sup> dies predictum duplum reddi fecero et<sup>xx</sup> fideles vel alter eorum dent vobis unum de meis castellis fidelitatis vel plura, pro arbitrio fidelium vel fidelis, secundum quod dampnum maius aut minus fuerit, manente semper interdicto donec duplum dampni reddatur; quo reddito reintegretur a vobis castellum vel castella fidelibus vel fideli ad predictam fidelitatem. quod si non feceritis, tradantur mihi omnia vestra /castella/ fidelitatis. Si vero episcopus neglexerit ponere sententiam in personam<sup>xx</sup> regis, non minus propter hoc fideles vel alter eorum usque ad predictum terminum tradant castellum vel castella fidelitatis vobis donec duplum rapine emendetur et post emendationem reddamur<sup>xx</sup> fidelitati secundum predictum est. Et concedo super eandem fidelitatem quod<sup>xx</sup> facta hinc inde plena reintegracione inter nos in omnibus que remanserint in regno vestro in quacumque parte regni nullum dampnum de cetero faciant nec impedimentum quod si fecero vel ab aliquo de

regno meo factum fuerit, secundum predictam distinctionem per castella fidelitatis emendabo vel faciam emendari. Et si contigerit vos antequam me mori omnes predictas conveniencias servabo filio vel filie, filiis vel filiabus vestris, bona fide et sine malo ingenio, secundum predictam distinctionem.

Et si prior Hospitalis noluerit recipere predictam fidelitatem aut postquam receperit a priore Iherosolimitano eam tenere fuerit prohibitus, nos ambo reges auferamus Hospitali quecumque habet in regnis nostris donec eam recipiat et interim teneat eam<sup>us</sup> fidelitatem magister Militie Sancti Iacobi. Et similiter fiat magistro Militie Sancti Iacobi si noluerit recipere fidelitatem aut receptam dimiserit. Et si ego noluero eis auferre omnia que habuerint in regno meo secundum quod predictum est, tradantur vobis castella mea fidelitatis et semper successor prioris vel magistri per eandem distinctionem teneatur recipere predictam fidelitatem. Et si prior aut magister deceserit aut officium prioratus vel magisterii<sup>m</sup> dimiserit aut amiserit, domus et capitulum Hospitaliorum regnum nostrorum vel domus et capitulum Militie Sancti Iacobi teneantur per predictam distinctionem tenere predictam fidelitatem quounque habeant priorem vel magistrum. Et si aliquid<sup>us</sup> de hiis que ego debeo emendare per predictam fidelitatem venerit in contentionem, ego emendabo illud sicut dixerint fideles vel alter eorum. Et si absentes fuerint fideles, liceat eis vel alteri eorum sustituere

vicarium ad dicendum quomodo debeat emendari.

Et omnes predictas convenientias intelligo et observabo bona fide et sine malo ingenio.

Similiter ego Adefonsus, rex Castelle, mitto quinque<sup>33</sup> castella in fidelitate in manu Petri Fernandez, magistri Militie Sancti Iacobi, et in manu Petri de Areis, prioris Hospitalis, videlicet: Sanctum<sup>34</sup> Iohannem de Resoe. Sanctum Romanum de la Penna, Saldaniam, Ceiam, Covellas, pro tenenda et observanda pace inter nos, filios nostros et filias nostras in perpetuum, bona fide et sine malo ingenio, et quod numquam transeam predictam divisionem inter regna nostra ab imperatore constitutam, videlicet, ut in nostra propria persona vobis nullam violenciam vobis inferam nec intrem cum exercitu intra terminos regni vestri ad aliquod malum vobis faciendum, nec exercitus terre mee cum alio rege, neque ibi faciam castellum nec populationem aliquam, nec ibi vi aut furto aut ingenio, quolibet villam vel ullum castellum capiam, quod, si in propria persona fecero, tradantur vobis a fidelibus vel ab altero eorum omnia mea castella fidelitatis. Similiter, si in propria persona mea infra terminos regni vestri aliquam rapinam fecero, et a die qua querella ad me pervenerit per fideles vel per alterum eorum aut nuncium suum aut litteras usque ad LX<sup>35</sup> dies duplum dampni<sup>36</sup> illati passo iniuriam non reddidero, tradatur<sup>37</sup> vobis aliquod de castellis meis fidelitatis vel aliqua secundum quod fideles cognoverint dampnum esse maius vel minimus, et vos teneatis illud vel illa castella donec ego

duplum dampni predictum reddam, quo reddito ipsum castellum vel castella restituantur fidelibus ad predictam fidelitatem, et, si vos illud vel illa predicte fidelitati /non/ restitueritis, tradantur mihi omnia castella vestra fidelitatis.

Et si aliquis vasalus meus vel vasali prendiderint aut fecerint castellum in regno vestro et postquam querella ad fideles vel ad fidelem pervenerit usque ad sexaginta dies, illud vobis non fecero integrari, tradantur vobis duo castella fidelitatis et teneatis ea donec illud vobis integretur, quo integrato, reddatis illa fidelibus, quod si non feceritis tradantur mihi omnia castella vestra fidelitatis. Et si aliquis de regno meo qui non sit vasallus meus prendiderit aut fecerit castellum in regno vestro et voluerit propter me illud vobis reddere ego iuvabo vos bona fide et sine malo ingenio donec illud recuperetis et ille qui hoc commiserit perdat omnem suam hereditatem nec recipiatur a me nec a vobis decetero. Et si civitas mea vel villa vel vasallus meus vel vasalli rapinam fecerint in regno vestro ego usque ad XL<sup>a</sup> dies postquam querella per fideles vel per alterum eorum ad me pervenerit illam in duplum faciant emendari, quod, si non fecero episcopus de cuius episcopatu raptor vel raptore fuerint conventus a fidelibus vel ab altero eorum usque ad alios XL<sup>a</sup> dies ponat interdictum in omni parte episcopatus sui que fuerit in regno meo et si usque ad alios XL<sup>a</sup> dies postquam fuerit positum interdictum predicte rapine duplum non emendavero

ferat sententiam excommunicationis in personam meam manente priori interdicto, et si nec ex tunc usque ad alios XL<sup>æ</sup> dies predictum duplum reddi fecero fideles vel alter eorum dent vobis unum de meis castellis fidelitatis vel plura, pro arbitrio fidelium vel fidelis, secundum quod dampnum maius aut minus fuerit, manente semper interdicto donec duplum dampnu reddatur; quo redditio reintegretur a vobis castellum vel castella fidelibus vel fideli ad predictam fidelitatem, quod si non feceritis, tradantur mihi omnia castella vestra fidelitatis. Si vero episcopus neglexerit ponere sententiam in personam regis, non minus propter hoc fideles vel alter eorum usque ad predictum terminum tradant castellum vel castella fidelitatis vobis donec duplum rapine emendetur et post emendationem reddantur fidelitati secundum quod predictum est. Et concedo super eandem fidelitatem quod facta hinc inde plena reintegracione inter nos in omnibus que remanserint in regno vestro in quacunque parte regni nullum dampnum decetero faciant nec impedimentum, quod si fecero vel ab aliquo de regno meo factum fuerit, secundum predictam distinctionem per castella fidelitatis emendabo vel faciam emendari. Et si contigerit vos antequam me mori omnes predictas conveniencias servabo filio vel filie filiis vel filiabus vestris, bona fide et sine malo ingenio, secundum predictam distinctionem.

Et si prior Hospitalis noluerit recipere predictam fidelitatem aut postquam receperit a priore Iherosolimitano eam tenere fuerit prohibitus, nos ambo reges auferamus

Hospitali quecumque habet in regnis nostris donec eam recipiat et interim teneat eam fidelitatem magister Militie Sancti Iacobi. Et similiter fiat magistro Militie Sancti Iacobi si noluerit recipere fidelitatem aut receptam dimiserit. Et si ego noluero eis auferre omnia que habuerint in regno meo secundum quod predictum est, tradantur vobis castella mea fidelitatis et semper successor prioris vel magistri per eandem distinctionem teneatur recipere predictam fidelitatem. Et si prior aut magister deceserit aut officium prioratus vel magisterii dimiserit aut amiserit, domus et capitulum Hospitaliorum regnum nostrorum vel domus et capitulum Militie Sancti Iacobi teneantur per predictam distinctionem tenere predictam fidelitatem quounque habeant priorem vel magistrum. Et si aliquid de hiis que ego debo emendare per predictam fidelitatem venerit in contentionem, ego emendabo illud sicut dixerint fideles vel alter eorum. Et si absentes fuerint fideles, liceat eis vel alteri eorum sustituere vicarium ad dicendum quomodo debeat emendari.

Et omnes predictas convenencias intelligo et observabo bona fide et sine malo ingenio.

Et nos ambo reges convenimus e concedimus inter nos super castella predicte fidelitatis que ponimus in manu predictorum magistri et prioris vel alterius eorum, quod, postquam data fuerint castella predicta fidelitatis predictis fidelibus, in continentia elegantur a nobis de utroque regno boni homines ad plus usque ad quinque de

utraque parti, in quibus eligendis, si nos non convenerimus. recipiamus eos in quos convenerint fideles et isti taliter electi promittant nobis per hominatum<sup>39</sup> et iuramentum super sacrosancta evangelia prestitum quod sive per cartas sive per aliam iuridicam inquisitionem perquirant diligenter et in veritate que fuerit divisio facta ab imperatore inter regna nostra a Ceyom et a Cei usque ad flumen Tagum. Et similiter in continentia ponamus diem et plazum quanto<sup>40</sup> brevius alter nostrum voluerit, infra quem diem et plazum dent nobis prefati boni homines predictam pesquisam de predicta divisione /et/ ex tunc stenus per illam secundum predictam distincionem<sup>41</sup>. Qui hoc totum, tam de electione pesquisitorum quam de observatione perquisite divisionis, infra tunc asignatum plazum non compleverit, perdat sua castella fidelitatis et tradantur reliquo ex nobis.

Similiter convenimus et concedimus inter nos quod similiter faciamus ultra Tagum usque ad mare quandocumque unus nostrum noluerit<sup>42</sup> ut fideles faciant nos convenire ad plazum ab ipsis asignatum ad eligendum bonos homines de utroque regno vel ipsi eos eligant, qui secundum predictum modum faciant<sup>43</sup> perquisitionem divisionis terre illius facte ab imperatore et nos per eam stenus in perpetuum ex plazo quod nobis posuerint fideles compulsi per predictam distincionem<sup>44</sup>.

Et nos ambo reges convenimus et concedimus inter nos quod liceat uterque<sup>45</sup> nostrum in regno suo de castellis et turribus et muritionibus que habent milites in suis

hereditatibus et de incartacionibus quas fecit aliquis nostrum facere ad suam voluntatem nec alter nostrum alter super hoc faciat aliquod impedimentum vel aliquam contentionem, quod si fecerit, perdat castella fidelitatis et tradantur alteri.

Et nos ambos reges concedimus quod homines et ville que sunt infra iurisdictionem<sup>\*\*</sup> istorum castellorum pertinentes ad dominum alterutrius nostrum sint sub dominio fidelium vel alterius eorum ad defendenda eis castella tam contra nos quam contra quemlibet alium et omnes redditus pertinentes ad ius regale sint in potestate fidelium ad tenenda vel custodienda vel reficienda predicta castella aut munienda, quod si non suffecerint quisque nostrum teneatur supplere defectum suorum castellorum pro arbitrio et voluntate prioris aut magistri et fratum suorum. Et si alteruter nostrum non compleverit secundum voluntatem fidelium vel fidelis necessarias expensas, habeant ipsi vel alter eorum licenciam dandi castellum vel castella reliquo ex nobis qui det expensas necessarias ad ista complenda; et teneat ipsum vel ipsa donec duplum expensarum ab altero rege sibi restituatur, quo restituto, reddat castellum vel castella ad predictam fidelitatem secundum predictam distinctionem, quod si neuter nostrum predictas expensas dare voluerit, habeant ipsi fideles vel alter eorum licenciam faciendi de castello vel de castellis in quo vel quibus expense defecerint omnem suam voluntatem dandi cuiilibet vel retinendi sibi vel destruendi.

Et uterque nostrum facit hominatum<sup>43</sup> super predictis castellis fidelitatis quod<sup>44</sup> nec per se nec per aliquem alium neque sua voluntate nec mandato neque consilio capiet vel furabitur aut capi vel furari consentiet illa vel aliquod eorum et si ab<sup>45</sup> aliquo factum fuerit, faciet illud vel illa ad fidelitatem restitui bona fide et sine malo ingenio secundum totum posse suum, quod si non fecerit, sit propterea proditor. Et si quis nostrum eum qui vi vel furto istud commiserit defenderit aut ixn regno suo receperit aut auxilium ad recuperandum castellum vel castella sicut predictum est non prestiterit, amittat sua castella fidelitatis et dentur alteri et neque fideles neque domus aut capitulum eorum aliquam offesam<sup>46</sup> contra hanc aut infamiam pro castello per vim vel per furtum vel per procitorem<sup>47</sup> amisso.

Si vero predictas convenientias alteruter nostrum in aliqua parte observare neglexerit, condonnamus archiepiscopis et episcopis et rogamus atque concedimus ut per commune interdictum totius regni et per sentenciam excommunicationis in persona eius qui hoc observare neglexerit compellat nos ad eorum observationem. Et sia archiepiscopus aut episcopi alterius regnrum neglexerint ferre predictam sententiam, reliqui regni archiepiscopi et episcopi dent testimonium fidelibus contra eos et supplicamus domino pape ac petimus ut convenientiam istam confirmet et sentenciam pro eius observatione latam dignetur ratam habere.

Et concedimus fidelibus quod si super his vel super aliis emergentibus nobis quaestionibus aliqua dubitatio sive contentio evenerit secundum eorum arbitrium terminetur et suspiciatur a nobis secundum predictam distinctionem.

Et si fideles vel alter eorum pro diffinienda aliqua contentione que emerserit inter nos voluerit habere iudices de regnis nostris secum vel pro se, nos debemus eos illis dare quales ipsi voluerint et observare quod illi vel per se vel cum eis iudicaverint; et si noluerimus eos illis dare, ipsi habeant potestatem eligendi iudices undecumque voluerint et quod illi per se vel cum eis aut altero eorum iudicaverint uterque nostrum observabit vel amittet sua castella fidelitatis. Et omnia que supradicta sunt in carta ista intelligimus et observabimus bona fide et sine malo ingenio.

Et nos ambos reges prefati predictarum convenientiarum cartas per abecedarium divisas propriis manibus roboramus atque confirmamus et tam signis quam sigillis nostris eas munimus.

Omnium predicatorum convenientiarum sunt testes ex parte regis Fernandi: Petrus, Sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus<sup>\*\*</sup>, ts.- Iohannes, Lucensis episcopus, ts.- Rodericus, Ovetensis episcopus, ts.- Fernandus Roderici Castellanus, ts.- Ermengotus, comes Urgellensis, regis Fernandi maiordomus.- Comes Velascus, ts.- Fernandus Poncii, comes, ts.- Gundisalvus Roderici, signifer regis, ts.- Guterrius Roderici, ts.- Guido, Militie Templi magister,

ts.- Archidiachonus<sup>mo</sup> Pelagius de Lor, regis Fernandi chancelarius, ts.- Alfonsus Lupiz, ts.- Fernandus Roderici de Benevento, ts.- Rodericus Fernandiz, ts.- Pelagius Tabladelus, ts. Et omnes isti confirmant.

Ex parte Adefonsi, regis Castelle, vero hii sunt testes: Reimundus, Palentinus episcopus, ts.- Pascarius, abbas Sancte Marie de Benevivere, ts.- Raimundus, magister Militie Templi in regno regis Castelle, ts.- Comes Fernandus, ts.- Comes Gundisalvus de Burona, ts.- Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis Castelle, ts.- Gomez Garsie de Roda, signifer regis Castelle, ts.- Alvarus Roderici, ts.- Ordonius Garsie, ts.- Tellus Petri, ts.- Petrus Guterrii, ts.- Garsias Martini, ts.- Rodericus Martini, ts.- Iohannes Velez de Alava, ts.- Lupus Diaz, merinus regis in Castella, ts. Et omnes isti confirmant.

Facta carta apud Medinam de Rivo Sicco, XII kalendas aprilis, era M<sup>a</sup> CC XVIII<sup>ta</sup>.

Ego magister Geraldus, regis Aldefonsi notarius, Petro de Crdona eiusdem existente chancellario, per mandatum amborum predictorum regum hanc cartam scripsi.

(Dos signos rodados.)<sup>1,2</sup>

---

NOTAS

<sup>1</sup> GONZALEZ: 1 y 2: in perpetuum.

\*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: quam Adefonsus.

\*ID. e ID.: qui.

\*ID. e ID.: V.

\*ID e ID.. sti.

\*ID., ID. e ID. 2: pennam.

\*ID., ID. e ID.: in perpetuum

\*GONZALEZ 1: numquam transearnus.

\*LOPEZ FERREIRO, GONZALEZ 1 y 2: in.

\*ID. e ID.: damni.

\*GONZALEZ 2: fidelitate.

\*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1 y 2: predictam.

\*ID., ID., ID.: vassalli.

\*ID., ID., ID.: pervenerit.

\*ID., ID.: LX.

\*GONZALEZ 1: fidelitatis.

\*ID. 2: mihi.

\*LOPEZ FERREIRO, GONZALEZ 1 y 2: vasallus.

\*ID., ID., ID.: vassalli.

\*GONZALEZ 2: nostro usque.

\*ID. 1: intedictum.

\*ID. 2: excommunicationis.

\*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1 y 2: persona mea.

\*ID., ID., ID.: fecero fideles.

\*ID., ID., ID.: persona.

\*ID., ID., ID.: emmendationem reddantur.

\*ID. ID.: fidelitaatem facta.

\*GONZALEZ 1: teneat fidelitatem.

<sup>29</sup>LOPEZ FERREIRO: magister.

<sup>30</sup>GONZALEZ 1: aliquid.

<sup>31</sup>LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: V.

<sup>32</sup>ID., ID.: scm.

<sup>33</sup>GONZALEZ 2: XL.

<sup>34</sup>ID.: damni.

<sup>35</sup>ID.: tradantur.

<sup>36</sup>LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: hominium.

<sup>37</sup>ID., ID.: quantum.

<sup>38</sup>GONZALEZ 2: distinctionem.

<sup>39</sup>ID.: voluerit.

<sup>40</sup>ID.: faciat.

<sup>41</sup>LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: distinctionem.

<sup>42</sup>ID., ID., ID. 2: utriusque.

<sup>43</sup>ID., ID.: iurisdictionem.

<sup>44</sup>ID., ID.: hominium.

<sup>45</sup>LOPEZ FERREIRO: que.

<sup>46</sup>ID. y GONZALEZ 1: si aliquo.

<sup>47</sup>ID., ID.: offensam.

<sup>48</sup>ID., ID.: prodictionem.

<sup>49</sup>ID., ID.: sc. compost. ecclesie archieps.

<sup>50</sup>ID., ID.: archidiaconus.

<sup>51</sup>Signum Fernandi, regis Hispanorum.- Signum Aldefonsi,  
regis Castelle.

1181. junio, 25. Viterbo.

Alejandro III confirma todos los privilegios y  
posesiones a la sede compostelana.

Fols. 226 v.- 228 r.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. LII.<sup>1</sup>

REG.: J.L., II, nº 14403.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pags. 322 y 328.

Alexander episcopus, servus servorum Dei. Venerabili  
fratri Petro, Compostellano archiepiscopo, eiusque  
successoribus canonice sustituendis, in perpetuum. In  
eminenti apostolice sedis specula, disponente Domino,  
constituti fratres nostros episcopos ex in[i]uncto nobis  
apostolatus officio fraterna karitate diligere et ecclesiis  
sibi a Deo commissis suam debemus dignitatem et iusticiam  
conservare. Eapropter venerabilis in Christo frater Petre,  
archiepiscopo, rationabilibus tuis postulacionibus, gratum  
impertientes assensum ad exemplar predecessorum nostrorum  
felicis memorie, Calixti et Anastasii, romanum pontificum,  
sanctam Compostellanam beati Iacobi ecclesiam cuius in ea

venerandissimum corpus est possum, apostolice sedis  
privilegio communimus et ei ob ipsius a Deo electi apostoli  
reverenciam archiepiscopalis cathedre dignitatem quam  
opulentissima quondam et famosi nominis Emeritana civitas,  
priusquam peccatis exigentibus, ab impia sarracenorum  
tirannide possideretur, habuisse cognoscitur. presentis  
scripti pagina imperpetuum confirmamus, statuentes ut eadem  
Emeritana civitas Compostellane civitati sicut sue  
metropoli, perpetuis maneat subiecta temporibus. Omnem  
quoque pontificalis officii plenitudinem quam ipsius  
Emeritane ecclesie antistes antiquitus habuerunt.  
Compostellane presul ecclesie integre semper quieteque  
possideat; suffraganei vero episcopi Emeritane metropolis  
qui per Lusitaniam provinciam vel modo sedes proprias  
obtinent vel in futurum. Domino miserante, obtinuerint.  
Salamanticensis, videlicet, Abulensis, Cauriensis,  
Civitatensis, Elborensis, Pacensis, Olixbonensis.  
Oxonobensis et ceteri qui eidem Emerite olim subiecti fuisse  
noscuntur, Compostellane archiepiscopo, cuius consecratio ad  
Romanam tantum expectat ecclesiam, obedienciam et  
reverenciam tamquam proprio metropolitano, prorsus exibeant.  
Ipse autem illos consecrandi, ad sua concilia convocandi,  
cum ipsis etiam ecclesiastica negocia terminandi et eorum  
ecclesias disponendi auctoritate, sedis apostolice liberam  
omnino habeat facultatem. Ad hec predecessorum nostrorum  
sancte recordacionis, Eugenii pape, et predicti Anastasii,  
vestigiis inherentes ad maiorem ipsius ecclesie dignitatem

et persone reverenciam vexillum vivi[fi]ce crucis per  
subdictam tibi provinciam ante te defferendi, tam tibi quam  
tuis successoribus, ex apostolice sedis benignitate  
licenciam indulgemus, ita tamen ut quandiu sedis apostolice  
legatus in provincia illa fuerit, minime hac dignitate  
utamini. Prohibemus autem ut nulli canonicorum eiusdem  
ecclesie beati Iacobi, qui ad aliarum ecclesiarum  
prelacionem assumpti sunt vel in posterum assumentur,  
honorem vel prebendam seu canonicatum in ipsa ecclesia  
liceat retinere, sed alia idonea persona in loco ipsius  
subrogetur que ipse ecclesie deserviat et beneficium eius  
percipiat. Illum etiam censum qui vota dicitur quem  
Hispanorum catholici reges ex singulis boum paribus a  
flumine Pisorga usque ad mare occidentale et per totam  
Lusitaniam provinciam atque etiam in Toletto et Transserram  
annuatim persolvendum pro salute totius terre statuerunt.  
eidem ecclesie confirmamus et omnimodo interdicimus ut nulli  
unquam persone facultas sit, eum ipsi ecclesie qualibet  
occasione subtrahere. Annuimus etiam et presentis paginae  
asercione statuimus ut sicut Compostellana ecclesia pro  
singulari beati Iacobi devocione sedis apostolice se letatur  
protectione muniri sic et cetere sui iuris ecclesie per  
diversas parrochias constitute, que fidelium donacionibus  
vel aliis iustis acquisitionibus ad prefatam videntur  
ecclesiam pertinere, apostolica se letentur tuacione foveri,  
ita ut nec episcopis nec episcoporum ministris facultas sic,  
in eisdem ecclesiis quaslibet novas imponere consuetudines.

nec ipsarum clericos excommunicare vel ipsas ecclesias interdicere absque tua excommunicacione et certioris culpe cognitione sed in tuo et ecclesie Compostellane dominio integre et quiete permaneant sicut predecessori tue bone memorie Didaco, Compostellano archiepiscopo, a predecessore nostro pie recordationis, papa Paschali, concessum est et hactenus observatum. Obeunte vero te nunc eiusdem loci archiepiscopo vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quilibet subrepacionibus astucia seu violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratum pars consilii sanioris secundum Deum providerit eligendum. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem Compostellana ecclesia in presenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Deo propicio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneat, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: civitatem ipsam Compostellam cum cauto suo, cum ecclesiis et monasteriis infra eam vel eius territorium constitutis, cum omni iure tam diocessano quam regali ut cum terminis tocius episcopatus, videlicet, cum archipresbiteratibus de Morracio et de Inter Ambos Pontes, de Montibus utrisque, de Taberiolis et de Ciria, de Pilonio et de Insula Laonii, et de utroque Cornato, de Dormiana et de Superaddo et Aranga et Monte Iaurino, quomodo dividit cum Parrega, de Pruciis et de Bisauciis, cum tota interiacente diocesi a castello Sancti Pellagii de Luto usque Transancos.

monasteria quoque omnia et conventuales seu alias ecclesias  
infra hos terminos constitutas, cum omni iure parrochiali et  
que intra regalia beati Iacobi continentur, cum omni seu  
patronatus seu alio iure quod ad reges pertinuit; videlicet  
monasterium Sancti Pelagii de Ante Altario, monasterium  
Sancti Martini de Foris, ecclesiam Sancte Marie de Sare,  
monasterium Sancte Marie de Canogio, monasterium Sancti  
Petri de Foris, monasterium Sancti Iusti de Luania,  
monasterium de Superaddo, de Azivario, de Codeseda, de  
Mosonço, de Ciniis, de Montefero, de Burgundo, de Nogaria,  
de Solandres, de Calavario, de Siavia, de Rivamalo, de  
Moyrame, de Ozon, de Savarde, de Portuorii, de Nomiti, de  
Cuitio, de Brives, de Meens, de Dormiana, de Calogo, de  
Podio, de Lerce, de Armentaria, de Arcos et monasterium  
Sancti Iohannis de Cavea, Sancte Christofori, Sancti  
Veriximi, Sancti Georgii, Sancti Thome de Pignario et Sancti  
Iacobi de Rinelo. Preterea regalem capellaniam et  
chancellariam quam bone memorie Alffonsus illustris, quondam  
Hyspanie rex, ecclesie vestre concessit et scripti sui  
pagina confirmavit; castrum quoque quod vocatur Honestum et  
Iriam, cum servis et omnibus appendiciis suis; castrum quod  
vocatur Sancta Maria de Lanceata, cum ecclesiis et omnibus  
pertinenciis suis; castrum quod vocatur Ciria, cum ecclesiis  
et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur  
Citofacta, cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis;  
castrum quod dicitur Cortobadi, cum pertinenciis suis;  
castrum quod dicitur Luparia, cum ecclesiis et omnibus

pertinentiis suis; territorium quod vocatur Amaea, cum omnibus possessionibus quas ibi habetis; Postomarcos, cum servis et possessionibus quas in eo habetis; Bizecum, cum servis quos ibi habetis; Dubriam, cum possessionibus quas ibi habetis; Lanias, cum pertinentiis suis; Lacrosam, cum servis et pertinentiis suis; Montanos, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi habetis; Cornatum, cum possessionibus quas ibi habetis; Ventosam, cum Insula de Laonio; Montes quos Suarius Froile quandoque a vestra ecclesia tenuit, cum altera medietate integros; burgum de Ponte Veteri, cum pertinentiis suis; Taveyrolos, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi habetis; Ropam Ulie, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi habetis; Deciam, cum possessionibus et ecclesiis regalibus et omnibus pertinentiis suis; medietatem burgi de Faro, cum pedagio navium et iuri fisci; villas de Seaia, in Nemancis, et de Oca, in Bragantinis, de Leiloio, in Seaia, de Avegondo, Piavella, Degio, Liuvre et de Ruis, in Nendis; et de Touvre, in Pruciis, cum cautis, ecclesiis et pertinentiis suis, et alias ecclesias seu possessiones quas iure proprietatis extra fines regalium vestrorum per eundem episcopatum habetis. In episcopatu quoque Mindunensi, ecclesiam Sancti Laurencii de Abbore, cum cauto qui dicitur villa de Maures et villam Petri cum ecclesia sua, et ecclesias de Rivo Averso et de Sancte Eolalie Alte et de Radigosa et Sancte Marie de Turre et Sancti Martini de Palaciis cum omnibus pertinentiis suis. In episcopatu Lucensi villas de Racelli

et de Cesar. In episcopatu Auriensi villas de Amaranti, de Iovin et de Vite et de villari Regis et medietatem souti de Parata. In episcopatu Tudensi cautam quod dicitur de Molis et monaasterium de Cella et villas de Lacorio, Baldranes et Lamamala et Nugaria. In episcopatu Bracarensi villas de Corneliana et Moachin et Gandufi cum montibus, ecitibus et pertinenciis. Sive in Valle Carceris hospitale quod dicitur Anglorum, cum ecclesia sua, et aliam ecclesiam que ipsi ex eadem parte superiacet et villas de Tabladello et de Parata. In episcopatu Asturicensi villas de Cacabellis et de Carvalial et ecclesiam Sancti Iacobi in Requexo de Senabria. In episcopatu Legionensi villam de Lidiros et partem ville de Furones, cum omni iure quod habetis in ecclesia,/et/ in ripa Stelle villam Alexis et villam Leandri. In episcopatu Palentino ecclesiam Sancti Michaelis de Vallouria. In episcopatu Ovetensis Villa Quexida duas ecclesias; et in Benevento ecclesiam Sancte Marie de Ventosa. In Asturiis ecclesias Sancti Iohannis de Cererda et villam Armilum, cum hospitali quod est in strata, cum montibus et omnibus pertinenciis suis. In episcopatu Zemorensi villas et ecclesias de Arquilinis et de Arcos et ecclesiam Sancti Iacobi de Zamora. In episcopatu Salmantino villas de Palatiis et de Aldeola et de Munio Aznar et in ecclesia quadrelam que dicitur Sancti Iacobi, cum ecclesia exteriori et ecclesiam Sancti Martini de Ledesma, cum cautis et omni iure et aliis vel ecclesiis vel possessionibus quas in predictis episcopatibus habetis. In Vasconia quoque, in episcopatu

Bononiensi (sic) decimam pedagiorum Sancti Iohannis et Hostavallis. cum omne iure quod in ecclesia Sancti Vincentii de Pedemontis habetis. In episcopatu Aquenensi vilam censum et ecclesiam de Polion. In episcopatu Vasacensi censum et ecclesiam de Argenton. In episcopatu Agenensi ecclesias de Altiges et de Taliac et de Nitalt et de Pinna Fontanae Nitalt cum pertinenciis et earum possessionibus. et ius quod habetis in ecclesia de Fulsanensi cum censu casalium, et ecclesia cum hospitali domo ad pontem de Ortica. In episcopatu Asetanensi ecclesias de Vivente, de Paoliac, de Flairanensi et de Manial, cum censo turris dominicorum palacionum et exteriorum casalium, et de Monte Alteto, cum ipsa villa et censum casalium, et de Podio Marciano, cum censu exteriorum casalium, et de Masacuine, cum ipsa villa et censu exteriori, et censum de Albineto, iusticiam et censum de Monte Squivo et de insula G. de Arbexan, cum casali de Pede Pontis veteris, cum homine suo, censum Montis Cassini et ecclesiam cum hospitali exteriori, ecclesiam de Aquis et in Gundri. censum terris et ville, et ecclesias /de/ Aulanaria et de Bagunis et Sancti Martini de Bordas et hospitale iuxta Montem Leonia et ecclesia de prior. In episcopatu Tolosano villas duas quarum utraque Salvitas Sancti Iacobi dicitur, cum ecclesiis suis, unam in ripam fluminis Garone, alteram in strata iusta burgum Legabin. In episcopatu Latocensi ecclesiam Sancte Mere et ecclesiam Sancti Sermundi et quascumque alias ecclesias vel possessiones in predictis episcopatibus habetis. In Italia

quoque, in episcopatu Vercelensi hospitale de Casinis, cum ecclesia et villa et omnibus pertinentiis suis, in Mortario casale unum cum suis pertinentiis. In episcopatu Cremonensi hospitale de Casali Maiori, cum confratria. In episcopatu Ferrarensi eccliam Sancti Iacobi de Perroto, cum hospitali et pertinentiis suis. In episcopatu Bononienis hospitali de Unciola. In episcopatu Calinensi hospitale quod est ad balneas Cilicienses. In episcopatu Barensi, medio ad urbe Miliario, eccliam Sancti Mathei, cum suis pertinentiis. Item episcopatu Panormitano eccliam de Brucar, cum hospitali suo, et quascumque alias possessiones vel ecclesias per diversos episcopatus habetis.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam eccliam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate, et diocesanorum episcoporum canonica iusticia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove comonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitati careat reamque se divino iudicio existere deperpetrata iniuritate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examini divine ultioni

subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

(R.)<sup>2</sup> Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, ss.

(BN.)

(En col.) Ego Paulus. Prenestinus episcopus, ss.- Ego Petrus, presbiter cardinalis tituli Sancte Sustine, ss.- Ego Vivianus, presbiter cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio Monte, ss.- Ego Andres, presbiter cardinalis tituli Sancte Crucis in Iherusalem, ss.- Ego Laborans, presbiter cardinalis Sancte Marie Transtibulum tituli Calixti, ss.- Ego Iacintus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmidyn, ss.- Ego Ranerius, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aurem, ss.- Ego Iohannes, diaconus cardinalis Sancti Angeli, ss.- Ego Matheus, Sancte Marie Nove diaconus cardinalis, ss.

Datum Viterbii per manum D. Auferii. Sancte Romane Ecclesie subdiaconi, VII kalendas iulii, indictione XIII, Incarnationis Dominice anno M<sup>o</sup> C LXXXI, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno XXII.

---

<sup>2</sup>No es exactamente esta la bula que publica aquí, sino la de 1178, julio, 20. Letrán, casi igual a ésta, pero no tanto como para considerarla, como hace el ilustre canónigo, la

misma.

+Custodi me, Domine, ut pupillam oculi. Sanctus Petrus,  
Sanctus Paulus. Alexander papa III.

56

[1182], junio, 17. Velletri.

Lucio III comunica al arzobispo de Santiago que  
ordenó a los obispos de Lisboa y Evora lo reconozcan  
como metropolitano.

Fol. 245 r.-v.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. LXI.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 325. - CAMPELO: Origen,  
pág. 851.

Lucius, episcopus<sup>1</sup>, servorum Dei. Venerabili fratri  
Petro, Compostellano archiepiscopo. salutem et apostolicam  
benedictionem<sup>2</sup>. Ad aures nostras te significante pervenit  
quod venerabilis frater noster Ulixbonensis episcopus,  
Compostellanam ecclesiam cuius sufraganeus<sup>3</sup> est, visitare  
postponit tibi quoque qui suus metropolitanus es<sup>4</sup>,  
obedienciam et reverenciam debitam renuit exhibere<sup>5</sup> et quod

dilectus filius noster, dictus Elboensis electus,  
electionis sue confirmationem a te hactenus postullare  
neglexit quamvis tibi eius ecclesia sit metropolitico iure  
subiecta. Ideoque iamdicho episcopo districte precepimus ut  
secundum morem sufraganeorum tuorum commissam, tibi  
ecclesiam visitet et tibi sicut proprio metropolitano sine  
contraditione obedientiam et reverentiam impendens cum a te  
fuerit pro ecclesiastici status ordinatione vel episcopi  
canonicus vocatus, presenciam tuam, dilatione et  
occatione postposita, humiliter audeat et constitutionem tuam  
canonicam reverenter suscipiat et conservet. Electo vero  
dedimus in mandatis ut te sine dilatione humiliter audeat,  
confirmationem electionis prius et postmodum consecrationis  
munus, si confirmata fuerit electio, suscepturus. Quocirca  
fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus  
cum propter hoc ad presentiam tuam accesserit cum benigne  
recipias et, examinatione premissa, electionem si  
impedimentum canonicum non obstiterit, sine difficultate  
confirmes et postmodum eidem munus consecrationis impendas.  
Ceterum si confirmationem electionis requirere vel  
consecrationem accipere infra quatuor menses post  
commonitionem tuam neglexerit, cassandi electionem ipsius  
concedimus tibi litteris presentibus facultatem sentenciam  
quoque quam in episcopum prefatum canonice tuleris si  
inobediens fuerit, vel in clericos eius inobedientiam ipsius  
foventes, aut etiam in prefatum electum vel clericus eius  
nos, auctore Domino, ratam habemus, precipimus firmiter

observari.

Datum Velletri, XV kalendas<sup>a</sup> iulii.

NOTAS

<sup>1</sup> LOPEZ FERREIRO: eps. servus.

<sup>2</sup> ID.: ven. ... compostel. archiepo. sal. apost. bened.

<sup>3</sup> ID.: suffraganeus.

<sup>4</sup> ID.: est.

<sup>5</sup> ID.: renuit exhibere.

<sup>6</sup> ID.: postulare.

<sup>7</sup> ID.: contradictione.

<sup>8</sup> ID.: kls.

1182, setiemzbre, 21. Velletri.

Lucio III confirma todos los privilegios y  
posesiones de la Iglesia de Compostela, autorizando a  
su arzobispo que pueda usar el palio en las  
solemnidades acostumbradas, entre ellas la de San  
Fructuoso.

Fol. 233 r.-v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., 8IV, pág. 328.- CAMPELO:  
Origenes, pág. 494.

Lucius, episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri  
Petro, Compostellano archiepiscopo, eiusque successoribus  
canonice substituendis, imperpetuum. Cum locus ubi beati  
Iacobi corpus quiescit prius villa burgensis, deinceps  
municipium fuerit. quod Compostella nuncupabatur.  
succedentibus temporibus in tantum ex ipsius apostoli  
reverencia et honore apud homines, Domino faciente, profecit  
quod per dispositionem apostolice sedis idem locus  
cathedralem adeptus est dignitatem et ecclesiam ipsam que  
Bracharensis solebat metropoli subiacere, libertatis  
privilegio donata speciale sedis apostolice membrum effici  
meruit et honore pallei postmodum decorari, ad ultimum vero  
Emeritense ecclesie dignitate cum integritate sue provincie  
ad eam translata dispensacione Sacrosante Romane Ecclesie  
metropolis est constituta. Nos itaque felicis recordacionis,  
Paschalis pape, predecessoris nostri, vestigiis inherentes  
ob reverenciam predicti apostoli et ex debito nostri officii  
eidem ecclesie tibi tuisque successoribus tam in decore  
pallei quam aliis dignitates, libertates, immunitates et  
omnia iura vestra, volumus propensioni studio conservare,  
licet itaque tibi diebus inferius designatis, idest,  
Nativitate Domini, festivitate Sancti prothomartiris

Stephani, Circumcisione, Epiphania, Purificacione, Dominica Palmarum, Cena Domini, Sabbato Sancto, Pascha, secunda et tercia feria post Pascha, Ascensione, Pentecostes, tribus festis beate Dei genitricis semper/que/ Virginis Marie, festivitate beati Iohannis Baptiste, festivitate beati Michaelis, solemnitatibus beati Iacobi apostoli et ceterorum apostolorum, commemoratione Omnis Sanctorum, dedicacionibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, ordinacionibus clericorum, benedictionibus abbatum, anniversario die consecrationis tue et dedicacionis ecclesie tibi commisso, festivitate etiam Sanctorum martirum Laurencii et Vicencii et beatorum confessorum Martini, Ysidori et Sancti Fructuosii, cuius corpus in ipsa ecclesia requiescit et in aliis precipuis ecclesie tue solemnitatibus predicti pallei usum auctoritate apostolice sedis habere. Convenit ergo te diligenter providere quicunque sit huiusmodi indumenti honor modesta actium vivacitate servandus et ut ei morum tuorum ornamenta convenientia et tu esse valeas utrobique Deo auctore conspicuus et quem pastoralis iure constringit officium, dilectionem propter fratribus exhibere et ipsi etiam adversarii propter mandatum dominicum tuo circa te compulcentur. Affectu pacem sequaris cum omnibus piis vates operibus virtutibus poleas, fulgeat in pectore tuo rationale iudicii cum super humeralis accione convictum ita procedas in conspectu Dei et oculis hominum quatinus comisso tibi gregi virtutis prestes exemplum et ipsi videntes opera tua bona, glorificant Patrem tuum qui in

cellis est, sit in lingua edificationis sermo, sit zeli fervor in animo et preter hec cuncta que officio tuo conveniunt, cum ea temperancia agas ut que pallei dignitas expetit, videaris ferventer amplecti et gloriam sempiternam adquirere tibi possis in celis. Statuimus preterea ut nulli umquam religioni liceat vel persone Compostellam aut alterius episcopatus, ecclesias episcopali et patronatus iure aut episcopali tantum ad commissam tibi ecclesiam pertinentes quomodolibet absque archiepiscopi Compostellani consensu acquirere vel recipere aut taliter adquisitas nisi archiepiscopi vel ecclesie postmodum forte consensus fuerit subsecutus retinere vel nisi diutina fuerit, prescripcione munita. Prohibemus insuper ne in locis ad ecclesiam tuam spectantibus, sine tuo vel successorum tuorum consensu, domos construere liceat vel ecclesias fundare aut aliquid adquirere per quod ecclesie tue iurisdicio quomodolibet minuatur. Adicimus insuper ut si qui parrochianorum tuorum apud aliquem locum religiosum sepulturam elegerit canonica, ecclesiis a quibus corpora eorum asumentur, porcio reservetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere, perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve

persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eum temere venire temptaverit, secundo terciove comonito. nisi reatum suum digna satisfaccione corretxerit (sic) potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere deperpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine fiat atque in extremo examine divine ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua vita servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi quatinus et hic fructum bonum actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. amen, amen.

(R.)<sup>1</sup> Ego Lucius, catholice ecclesie episcopus, ss. (BN.)

(En col.) Ego Theodoricus, Portuensis et Sancte Ruffine sedis episcopus, ss.- Ego Paulus, Prenestinus episcopus. suscrypsi.- Ego Iacintus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmidin, ss.- Ego Raynerius, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Vulum Aureum, ss.- Ego Gracianus, Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, ss.- XXX tituli Sancti Stephani in Cebio Monte presbiter cardinalis, ss.- Ego Ardinnus, presbiter cardinalis tituli Sancte Crucis in Iherusalem, ss.- Ego Matheus, presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli, ss.- Ego Laborans, presbiter cardinalis Sancte Marie Transtiberum /tituli/ Calixti, ss.

Datum Velletri, per manum Hugonis, Sancte Romane Ecclesie notarii, XI kalendas octobris, indictione prima, Incarnationis Iominice anno M C LXXXIII, pontificatus vero domini Lucii pape III anno II.

NOTAS

+ Vias tuas, Domini, demostra michi. Sanctus Petrus,  
Sanctus Paulus. Lucius papa III.

58.

1182. Santiago

Fernando II concede a la Iglesia de Santiago la  
otra mitad del producto de la moneda de Santiago.

Fols. 171 v.-172 r.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. LVII. segun Tumbo A,  
incompleto.

REG.: GONZALEZ: Fernando II. págs. 485-486.- VAZQUEZ  
MARTINEZ: Fuentes III. pág. 38, nº 7.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 330 y 335.

(Christus alfa et omega.) In nomine Sancte et individue  
Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, que ab  
universis Christi fidelibus in tribus personis et una

deitate colitur semper et adoratur. Catholicorum regum est  
sancta loca et personas religiosas amplis dictare muneribus  
et pro ipsarum meritis largis ampliare beneficiis, ut  
dantes temporalia eterna retribucionis premia onsequatur.  
Idcirco ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege  
domno Adefonsso, do et concedo iure hereditarie imperpetuum  
mediatatem mee monetæ Deo et sancte Compostellane ecclesie  
et vobis domne Petre, archiepiscopo eiusdem ecclesie, et  
successoribus vestris et canonicis. Et quoniam alteram  
mediatatem vos et vestra predicta ecclesia certum est habet  
et possidet, ab hac die totam ipsam monetam, cum omnibus  
directuris suis, habeatis ad plenum super qua moneta adhuc  
integre libertatis cartam vobis et vestre ecclesie do et  
concedo semper valitaram. Ita quod, quamvis ego rex dominus  
Fernandus vel filius meus rex dominus Adefonsus aut aliquis  
de mea progenie monetam voluerit tollere de regno aut  
permiserit eius valorem diminuere, vos et successores  
vestris per villam vestram Sancti Iacobi et per tetum  
archiepiscopatum vestrum hanc monetam nostram in rigoris  
pleno valore quamdiu volueritis ratam et firmissimam  
permanere facere possitis; et propter uliam comutacionem et  
valoris diminucionem hec vestra moneta vobis data et  
concessa lesionem minime suscipiat. Et contra hoc nemo  
audeat ullatenus vos disturbare quod per hanc cartam  
donacionis stabile et inconsuatum statuo et semper volo  
conservari. Hanc autem donacionem facio in oblacione mee  
peregrinacionis ad apostolum beatum Iacobum ecclesie sue et